

PA  
8420  
.R2  
D6  
IMS







REMIGII AUTISSIODORENSIS

IN ARTEM DONATI MINOREM

COMMENTUM

AD FIDEM CODICUM MANU SCRIPTORUM EDIDIT

W. FOX S. I.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCDII.



JUN 25 1935

8167

## PRAEFATIO.

---

Cum omnis puerorum institutio per medium quod dicimus aevum in Occidente grammaticae latinae studio inniteretur, neque ulla alia ars grammatica magis esset huic studio accommodata quam ars *Donati*, iam inde a saeculo p. Chr. n. quinto exunte alii grammaticae magistri non pauci commentarios in *Donati* artem scripserunt. Exemplum primus omnium dederat Marius Servius Honoratus, qui sub finem saeculi quarti et Vergilii carmina et *Donati* artem grammaticam interpretatus est. Quem proximis saeculis secuti sunt alter Servius sive Sergius, Cledonius, Pompeius, Cassiodorus, Iulianus Toletanus, Tatuinus, Paulus Diaconus, Sedulius Scottus, Erchanbertus, Smaragdus, alii, quorum libri vel glossae partim nominibus scriptorum omissis supersunt, partim in aliorum commentariis citantur.

Ex omnibus autem huius generis commentariis nullus magis in grammaticorum scholis usque ad saeculum sextum decimum adhibebatur, quam *Remigii Autissiodorensis* in *Donatum* minorem commentum.<sup>1)</sup> Eo vero tempore, quo litterae antiquae quodam modo renascebantur, cum ceteris medii aevi grammaticis etiam *Remigius* ita mox scholis exturbatus est, ut eius memoria vix non omnis apud plerosque obliterata sit. Quamobrem haud ab

---

1) Cf. H. Keil, De grammaticis quibusdam lat. infimae aetatis comment. Erlang. 1868 p. 24.

re fuerit, pauca hoc loco de Remigii vita ac scriptis praefari.<sup>1)</sup>

Italorum, Gallorum, Scottorum doctrina ab Alcuino maxime, illustrissimo scholae Turonensis magistro, in Francorum regno propagata est. Inter plurimos autem discipulos, quos artibus et litteris erudivit, praeter Haiminum Atrebatensem, Samuelem, Hattonem, Haimonem Fuldenses, eminet Rabanus Maurus, item Fuldensis, qui a. 829—836 Servatum Lupum Ferrarensis instituit. A Lupo rursus et Haimone quodam, qui idem videtur esse atque Haiminus ille Atrebatenensis, eruditus est *Heiricus* (*Hericus*) Autissiodorensis, a cuius disciplina cum aliis non paucis Remigium nostrum profectum esse constat.

Natum esse Remigium non multo post Heircum praeceptorem suum, hoc est paulo post a. 841, eundemque esse, quem Lupus Ferrarensis in epistula quadam (116<sup>a</sup> sec. Baluz.) a. 859 scripta carissimum propinquum appellat, admodum probabile esse censemus.<sup>2)</sup> Huic autem sententiae consentaneum est, ut eum aut in pueritia aut certe ab ineunte adulescentia coenobium S. Germani Autissiodorensis ingressum esse statuamus, ubi Heirico magistro cum artium liberalium, tum sacrae doctrinae

1) Cf. D. Rivet, Hist. lit. de la France VI 99—122. Paris 1741 (1867). — D. Ceillier, Hist. génér. des auteurs sacrés XIX 482—95. Par. 1754. — B. Hauréau, Nouv. Biogr. gén. XLI 958—61. Par. 1862. — I. Huemer, Ueb. ein Glossenwerk z. Dichter Sedulius. Zugleich ein Beitr. z. d. gramm. Schriften d. Remigius v. Aux. (Sitz.-Ber. d. Wien. Akad. 1880, Bd. 98, p. 505—551.)

2) Eundem esse grammaticum nostrum ac Remigium illum, quem Lupus commemorat, negant Rivet et Ceillier, alter, quod eum Lupus virum eo iam tempore pernotum dicat, alter vero, quod monachum illum fuisse nequaquam constet nec per aetatem Remigio nostro (sub finem a. 858) gratiarum agendarum officium implere licuerit. At Lupus de Remigii fama nihil dicit. Cum autem Fridilonem et Remigium amantissimos fratres appellat, hunc non minus quam illum monachum fuisse significat. Officium denique, de quo loquitur Lupus, propinquus eius vel puer una cum socio natu maiore implere potuit.

curriculum cum tanta laude confecit, ut, cum Heiricus c. a. 876 Autissiodoro ex quadam animi levitate relicto ad Grandivallenses se conferret, ipse in eius locum subrogaretur.<sup>1)</sup> Ex eo vero tempore et schola Autissiodorensis famam etiam latiorem adepta est et Remigii nomen in toto Francorum regno clarum esse coepit. Quo factum est ut Fulco, post Hincmarum a. 883 ineunte Archiepiscopus Remensis creatus, cum scholas urbis barbarorum incursionibus devastatas redintegrare vellet, Remigium una cum Hucbaldo, S. Amandi monacho, Remigii olim in Heirici schola condiscipulo, ad gravissimum hoc munus exequendum accerseret, anno fere 893.<sup>2)</sup> Post Fulconis necem a. 900 Hucbaldus in monasterium S. Amandi revertit, Remigius autem Parisios se contulit ibique primus scholam publicam habuisse dicitur, eadem sine dubio docens, quae Autissiodori et Remis docuerat, artes liberales et verisimiliter etiam theologiam, ad cuius studium ceterae disciplinae per aevum medium maxime spectabant. Omnem eius doctrinam ad posteriorem aetatem propagarunt multi, quos optimarum artium studiis excoluit, discipuli, Odo in primis Cluniacensis, Seulfus, ab a. 922 archiepiscopus Remensis, Hildeboldus grammaticus, Blidulfus archidiaconus metensis, alii.

Mortuus esse videtur Remigius c. a. 908; suntque qui eum non Parisiis mortem obisse putant, sed in aliquo dioecesis Virdunensis monasterio (cf. infra adn. 10). Eius autem memoriam necrologium quoddam cathedralis Autissiodorensis sic complectitur: (Sexto nonas Maias) obiit Remigius monachus et egregius doctor.

1) De Heirici vita ac scriptis peracute disputat L. Traube (1896) in MGH. Poet. lat. aevi Car. III p. 421 sqq.; cf. idem in Neu. Arch. 18 (1893) p. 71—105.

2) Non iam a. 883. Hoc enim tempore Hucbaldus comorabatur in coenobio S. Bertini ad erudiendum domnum abbatem Rodulfum, Fulconis successorem. — Rem ad annum fere 893 refert Flodoardus in Hist. Rem. eccl. IV 9 (MGH. SS. XIII 574), ad a. 895 Sigerbertus Gembl. in Chron. (MGH. SS. VI 344 v. 15).

*Libri*, qui Remigio attribuuntur, maximam partem ad sacram doctrinam pertinent, de quibus libris abundanter, etsi non semper satis acute disserunt ii, qui de scriptoribus ecclesiasticis tractant. Reliqui, quos scripsit, commentarii ad artes liberales spectant.<sup>1)</sup> Interpretatus autem est

1. Donati artem utramque (quamquam, quae sit genuina commenti in artem maiorem forma, nondum constat);
  2. Prisciani institutionem de nomine et pronomine et verbo eiusdemque partitiones XII versuum Aeneidos principalium;
  3. Martiani Capellae de Nuptiis Philologiae et Mercurii (vel de artibus liberalibus) libros IX<sup>2)</sup>;
  4. Sedulii carmen paschale.<sup>3)</sup>
- 

1) De his commentariis cf. Ch. Thurot, Extraits de divers manuscrit. lat. (Notices et extr. t. XXII<sup>b</sup>). Par. 1869, p. 8—11. — Donati artem minorem ultimus ed. H. Keil Lipsiae 1864 (Gramm. lat. vol. IV p. 355—366). — Commentum in Don. artem maiorem Remigius ipse annunciat infra § 36 fin.

2) Complura huius commentarii exempla citat Fr. Eyssenhardt praef. in Mart. Cap. p. XXVIII sqq. Pleraque hausit Rem. e commentariis Ioh. Scotti (sive Eriugena) et alterius Scotti, qui iam ante Iohannem Capellae Satyricon enarravit, de quo vid. Traube, Neues Arch. t. 18 (1893) p. 103 sq.; Bellesheim, Gesch. d. kathol. Kirche in Irland I 308. — Locos ad philosophiam pertinentes excerptis Hauréau (cf. Ueberweg, Grundr. d. Gesch. d. Philos. II<sup>8</sup> p. 164, Berl. 1898). — Partem arithmeticam affert Narducci in Bull. d. scienze matem. XV (Rom. 1883) p. 505—580. — De tractatu musico (Migne, Patr. l. t. 131 p. 932) cf. Kornmüller in Kirchenmus. Jahrb. 1886 p. 5; Dechevrens, Etudes de science music. t. II p. 53—61. Par. 1898.

3) De hac enim re Huemer l. l. tam acute atque subtiliter disputavit, ut iam dubium omnino non sit, esse re vera Remigii commentarium, qui in codicibus nonnullis ei attribuitur. — De aliis commentis (velut in Phocae et Eutychis grammaticam, in Catonem, Iuvenalem, Persium, Bedam), quae in aliquibus libris manuscriptis Remigii nomine inscribuntur, non satis constat. Libri autem (ante hos quadringentos annos saepe typis expressi), qui sic inscribuntur: *Remigius per figuras* ('Partes orationis quot sunt?' cet.) vel *Regule Remigii* vel

Sequitur, ut et huius editionis consilium et ea subsidia indicem, quae ad eam adornandam parata mihi erant. Libros igitur typis expressos adhibui duos, codices manuscriptos novem. Qui libri scripturam habent ita diversam, ut eos in quattuor familias distribuendos esse existimem.

Et *primam* quidem *familiam* constituit unus codex Monacensis numero 14763 insignitus (olim Emmer. c. 6), miscellaneus, in membranis formae octavae exaratus, cuius prima pars saeculo X scripta (f. 1—53<sup>a</sup>) Remigii commentum continet. Ab interpolationibus ille quidem aliisque corruptelis vacuus non est, sed genuinam tamen scripturam universe magis videtur quam ceteri servasse, ac propterea praecipuam ei fidem ad constituendam lectio-  
nem habui, ut ab eo non recesserim, nisi quando res cogereret: quod ubi accidit, in adnotatione plerumque indi-  
cavi. Eius signum *M* litteram esse volui.

*Altera item familia* uno codice consistit Monacensi 17209 (ol. Scheftl. 209), misc., membr., formae quartae oblongae. In prima parte (f. 1—16<sup>b</sup>), quae Remigium continet, unum folium inter f. 8 et 9 intercidisse deprehendi. Librarius, qui hunc codicem saeculo XII aut XIII scripsit, non raro oculis ita aberravit, ut unum et alterum versum omitteret. Propius quidem, quam reliqui, hic liber (quem litt. *M*<sup>2</sup> notavi) a Monac. 14763 abest; plurimis tamen locis eius scriptura ab illo adeo discrepat, ut eidem classi assignari nequeat.

Maior pars codicum, quos excussi, ad unam eandemque, sed a prioribus longe diversam *familiam* pertinet, quae nobis *tertia* est. Huius generis est

(1) Parisinus 11277 (ol. fonds du roi, suppl. 292), misc. in forma octava: cuius prima pars (f. 1—21<sup>b</sup>) Remigium continens saeculo quidem XII (secundum alios XIV)

*Regule puerorum Remigii* ('Dominus quae pars?' cet.) ex pluribus grammaticis compilati sunt (cf. Hain, Repert. bibl. n. 13819 sqq.).

scripta, sed certo certius ex quodam saeculi X exemplari transsscripta est. Ad hunc codicem (= P) proxime accedit

(2) Parisinus 712 (= P<sup>2</sup>), misc., saeculo XIII ineunte scriptus in membranis formae quartae. Remigii commentarius legitur in f. 47—56. Persimilis est

(3) Einsidlensis 172 (= E), misc., membr., formae quartae, saeculo X scriptus. Remigii commentarius (p. 111—138) ab initio mutilus est; incipit enim a § 40 init. (nostrae editionis) vel potius, cum p. 111 ita detrita sit, ut legi iam nequeat, a § 42 fin. ('Ergo iuxta . . .'). Postea lacuna est a § 80 med. usque ad § 93 med. Aprographon huius codicis est Paris. 11276; aliud typis imprimendum curavit a. 1870 H. Hagen in *Anecdota Helveticis* (Grammaticorum lat. quos ed. H. Keilius supplemento) p. 202—218. — Sequuntur duo Aurelianenses (ol. Floriacenses) in bibliotheca urbis repositi, et quidem

(4) Aurel. 259 (ol. 215) et (5) Aurel. 282 (ol. 236), uterque misc., saeculo X in membranis scriptus. Prior (= A) habet Remigium p. 282—319 (ultima pars commenti deest), posterior (= A<sup>2</sup>) p. 81—101; sed initium commenti p. 81 penitus evanuit, in p. 97 (§ 35—37) scriptura fere deleta est, proxime sequentia desunt (usque ad § 97 init.). — Agmen claudit

(6) Montepessulanus 387 saeculi X. Ipse quidem hunc librum (= m) non inspexi; sed cuius sit generis, ea satis declarant, quae Thurotus ex eo affert.

Quae ipse Remigius super Donati arte scripserat vel in schola dictaverat, inde a saeculo XII ab aliquo grammaticae magistro ita in omnem partem immutata atque ex aliis fontibus aucta et amplificata sunt, ut quasi novus inde commentarii textus ac *quarta codicum familia extiterit*<sup>1</sup>); huius vero recensionis exempla, quae excussi, haec sunt:

1) Quamquam saeculo iam X ac proinde haud multo post Remigii obitum explanationes, quas e praceptoris ore stilo exceperant, discipuli et mox alii quoque grammaticae magistri, suo quisque ingenio suisque studiis ductus, partim variatis

(1) Monacensis 4603 (ol. Bened. 103) misc., in membranis formae quartae saeculo XI—XII vel potius XII—XIV scriptus, quem *M<sup>3</sup>* litt. signavi. Insunt folia 177; Remigii expositio medium fere partem (f. 85—108) explet, inde a f. 93 minoribus litteris exaratam.

(2) Paris. 17161 (ol. fonds des Feuillants 20, nobis = *P<sup>3</sup>*), misc., nitidissime in membranis formae maxima sub finem s. XII scriptus. — Simillimo amplioris formae exemplo usi sunt, qui non ita multo post artem typographicam inventam Remigianum commentum typis expresserunt. Praesto mihi erant

(3) editio Lipsiensis (= *L*), quam Melch. Lotter saeculo, uti conicere licet, quinto decimo exeunte paravit, praeterea

(4) alia editio vetustior, quae quo anno, quo loco, a quo typographo adornata sit, nusquam indicatum inveni, nisi quod aliqui viri docti rerumque typographicarum imprimis periti verisimillimum esse putarunt, librum hunc Augustae Vindelicorum ab A. Sorg. inter a. 1470—1480 typis expressum esse. Habet folia (non numerata) 96 formae octavae, quarum primum (fort. album) in exemplari Feldkirchensi, quo usus sum, abscissum est. Incipit f. 2<sup>a</sup> a verbis: (*I*) *Ste titulus varie | et dissimiliter in- | venitur. i quibus | dam enim . . .* Superscripsit manus vetusta rubro atramento: *Donatus Remigij*; in fine (f. 96<sup>a</sup>) legitur: *Deo gratias*. Singulae paginae plerumque versus binos et vicenos habent, non raro tamen pauciores. Graeca verba typographus, cum ea legere non posset, nonnunquam omisit, eorum spatio vacuo relicto. Scripturae compendia eadem fere adhibet, quae in libris manuscriptis adhiberi solebant. Hoc exemplum *F* littera notavi. Estque haec fortasse editio princeps.<sup>1)</sup>

---

verbis, partim sententiis alio ordine dispositis, partim exemplis ex aliis fontibus haustis locisque similibus interpolatis non leviter mutarunt, ut saepe, quid a Remigio posteris traditum, quid aliunde petitum sit, certo sciri vix possit.

1) Libri *MM<sup>2</sup>M<sup>3</sup>L* in bibliotheca reg. Monac. asservantur, *PP<sup>2</sup>P<sup>3</sup>* in bibl. nationali Parisina. *MM<sup>2</sup>P* totos descripsi,

Libros, quos tertiae familiae esse dixi aut quartae, quoties omnes aut plerique inter se conspirant, in annotatione non singulos citavi, sed illos ( $PP^2EAA^2m$ )  $\chi$  littera, hos ( $P^3M^3FL$ ) litt.  $\varepsilon$  signavi. Varias autem diversorum librorum lectiones ab initio plures eo consilio excerpti, ut, quanta esset codicum discrepantia quaeque eorundem inter se ratio, plane intellegeretur, in reliqua parte pauciores sufficere videbantur. Praeter varias lectiones locosque a Remigio citatos aliorum quoque grammaticorum locos passim comparationis atque illustrationis causa adnotavi.

In iis Remigii scriptis, quae novimus, plura fere sunt, quae ab aliis tradita collegit, quam quae ipse excogitavit. Verum fieri non potest ut, quibus e fontibus ipse singula hauserit quidve de eius libris alii deprompserint, satis accurate indicemus, antequam plura, quam hactenus, tam ipsius quam aliorum eiusdem et posterioris aetatis grammaticorum scripta in lucem edita fuerint<sup>1)</sup>: id quod ex multo iam tempore non pauci viri docti desiderant.<sup>2)</sup>

---

cum aliter conferri vix possent; reliquos non omnes totos, sed aliquos ex parte tantum contuli. — Ceterum ex iis nominibus propriis, quae in commenti nostri libris compluribus § 77 exempli causa proferuntur, satis apparet, quo quisque loco aut ipse aut eius archetypus sit exaratus. Sic dubium non est, quin **M** codex a Virdunensium finibus oriundus sit, ubi Hildeboldus, quem Remigii discipulum fuisse diximus, grammaticam docebat ('in monasterio S. Michaelis super Mosam fluvium').

1) Praeter ea, quae post A. Maium Keil, Thurot, Hagen (in libris supra cit.) vulgarunt, nuper quattuor artes integrae praeclaris commentariis a viris doctissimis instructae in lucem prodierunt: Virgilii Maronis grammatici opera ed. I. Huemer, Lips. 1886. — Une grammaire lat. inédite du XIII<sup>e</sup> s. extraite des manuser. p. Ch. Fierville, Par. 1886. — Eberhardi Bethuniensis Graecismus rec. I. Wrobel (Corp. grammaticorum medii aevi vol. I), Vratisl. 1887. — Das Doctrinale d. Alexander de Villa-Dei bearb. v. D. Reichling (Mon. Germ. paed. t. XIII), Berl. 1893.

2) Velut I. Huemer l. c. p. 516: „Wenn wir einen vollen Einblick in den eigenartigen Betrieb grammatischer Gelehr-

In scribendi ratione nostram generatim consuetudinem secutus sum. Eas tamen formas, quas codices constanter omnes exhibent, ut *diffinitio*, mutare nolui; atque etiam inconstantiam illam, qua litterae consonantes in vocabulis compositis modo assimulantur modo non assimulantur, ita servavi, ut codicis *M* potissimum vestigiis insisterem. Indicia satis certa habemus, Remigium non minus quam magistrum eius Heircum graece scivisse, ut saltem et legere graecas voces et scribere potuerit. Cum autem incertum sit, quae vocabula communi more latinis litteris, quae graecis in archetypo exarata fuerint, graecam formam, quotiens eam vel unus codex exhibebat, plerumque restitui vel saltem uncis inclusam latinae apposui.

Restat, ut gratias quam maximas viris illis clarissimis agam, qui bibliothecis Monacensi regiae, Parisinae nationali, Aurelianensi urbanae praesunt, qui eximia humanitate ac liberalitate libros, qui opus erant, mihi subministraverunt.

Scripsi in collegio Feldkirchensi mense Aprili a. MDCCCC.

---

samkeit im IX. und X. Jahrhundert gewinnen wollen, so müssen wir die Veröffentlichung aller grammatischen Schriften jener Zeit fordern, sonst werden alle Fragen, die die Geschichte des Schullebens jener Zeiten zum Ziele haben, nicht vollkommen gelöst werden können.“

## SIGLORUM TABULA.

---

- M* = codex Monacensis n. 14763  
*M<sup>2</sup>* = „ „ n. 17209  
*M<sup>3</sup>* = „ „ n. 4603  
*P* = „ Parisinus n. 11277  
*P<sup>2</sup>* = „ „ n. 712  
*P<sup>3</sup>* = „ „ n. 17161  
*E* = „ Einsidlensis n. 172  
*A* = „ Aurelianensis n. 259  
*A<sup>2</sup>* = „ „ n. 282  
*m* = „ Montepessulanus n. 387  
*F* = liber saec. XV. typis expressus, cuius exemplum in col-  
legio Feldkirchensi exstat.  
*L* = liber a Melch. Lotter editus s. XV exeunte (aut sequentis  
initio).  
*x* = codices inter se plerumque consentientes *PP<sup>2</sup>EAA<sup>2</sup>m*  
*z* = *P<sup>3</sup>M<sup>3</sup>FL* (qui libri textum amplificatum exhibent).

In margine libri eam Donati editionem citavi, quam pa-  
ravit H. Keil.

---

# INCIPIT COMMENTUM REMIGII IN ARTEM PRIMAM DONATI.

## TITULI EXPOSITIO.

Incepit ars (vel editio) prima Donati grammatici  
urbis Romae.

5

Iste titulus varie et dissimiliter invenitur. Quidam codices habent **incipit ars prima**, quidam vero **incipit editio prima**, quod utrumque exponitur. Titulus dicitur a Titane. i. a sole, quia, sicut sol illuminat mundum, ita et titulus librum. Unde legimus in vita beati Martini: 'Titulum frontis erade, ut muta sit pagina.'

---

§ 1. 1 Incipit comm. rubro atramento superscriptum in M  
2 Remigii-Donati] addidi Incipit exposicio remigii super donatum minorem P Incip. exp. Rem. in prima editione donati grammatici rome P<sup>2</sup> Remigius super donatum A 3 Tit. exp.] addidi 4 Incip.-Romae] addidi secundum ipsius Remigii expositionem Incipit ars prima donati grammatici rome P Inc. editio prima vel ars don. gr. urb. Rome. Remigius in donatum P<sup>3</sup> Inc. editio prim . . . ome M<sup>3</sup>, in quo libro pars media superior foliorum 85 et 86 avulsa est 6 Iste tit.] supra haec verba i. Donati add. M invenitur] in multis codicibus add. x Quidam-edit. prima] in quibusdam (enim, vero) ars, in aliis (vero) editio (ed. prima, prima ed.) reperitur x 8 quod utr. exp.] quocirca necesse est (ut) iuxta positionem loci utrumque (ubicunque x) exponatur xz 9 quia-librum] vel sicut sol illuminat queque obscura, sic titulus (libri, librorum) sequentia add. x 10 in vita b. Mart.] sc. in Sulpicij Sev. vita S. Martini sub finem praefationis (§ 6 p. 110 v. 7 ed. Halm): 'suppresso, si tibi videtur, nomine libellus edatur. quod ut fieri valeat, titulum frontis cet.' Unde - operis om. xz

Est autem titulus clavis sequentis operis. Idem est et elenchus, a graeco quod est elios (l. ἥλιος).

[2] **Incipit.** Incipit compositum est verbum ex integro et corrupto: *in* integra pars est et *capio* corrupta; *a* enim mutatur in *i* et corrumpitur. Incipit autem i. inchoat vel initium capit vel exordium sumit. Quidam autem dicunt quod componitur ex *in* et *coepi* defectivo verbo, quod tantum praeteritum habet et significat inchoationem et scribitur per *oe* diphthongon. Sed melius est ut dicamus a *capio* verbo venire, quod significat captionem. Unde legimus: ‘Cepit David arcem Sion.’ Neque enim *oe* diphthongos in *i* brevem converteretur.

[3] **Ars.** Ars est disciplina. Ars dicitur ab artando i. a stringendo. Quid enim artius aut strictius est, quam ut tota latinitas V declinationibus et VIII contineatur partibus, V videlicet neutris, tribus vero femininis. Vel ars dicitur a graeca etymologia apo tes aretes (l. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς) i. a virtute: *apo* graeca praepositio est i. ablativa, *tes* articulus, *aretes* graece, latine virtus.

1 Idem est] dicitur etiam titulus *z* elenchus *P<sup>2</sup>* lideucus *F* elencus *cet. libri* (etiam *P*) 2 elios] i. sol add. *z* elios (elyos, helyos) enim grece, sol dicitur latine add. *x*

§ 2. 7 coepi] cepi *libri*, *ex quo* scribendi more magna orta est confusio h. l. in *xz* Totum hunc locum aliter conformatum habet cod. Einsidl. 172 pag. ult. (cf. Hagen. Anecdota p. XLII adnot.) 8 inchoationem] inceptionem (inde legitur: ‘cepit salomon hedificare templum domini’) *P* captionem *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>* captionem i. e. comprehensionem *z* 11 legimus] II. Reg. v. 7 12 convert.] ergo frivolum est nec stare potest quod dicitur (dicunt) add. *xz* frivolum dicitur quasi obolum (fere ob. *A*, fere valens ob. *P<sup>2</sup>*) i. unius oboli precium add. *insuper x*

§ 3. 13 Ars . . *MM<sup>2</sup>*, in ceteris libris primum ‘editio’ (§ 4), deinde ‘ars’ (§ 3) explicatur ars est disc.] h. l. *M<sup>2</sup>* transposuit *M* om. *x* a stringendo *P<sup>2</sup>* *idem* aut astring. *MM<sup>2</sup>P*, abstring. *A<sup>2</sup>* adstr. *A* constr. *z* 16 Vel ars d.] dicitur autem ars *MM<sup>2</sup>* 17 etymol.] ethimol. *vel* ethym. *plerumque libri* apo tes ar.] ap. t. aretos *z* a potes ares *P<sup>2</sup>* apotes ares *AA<sup>2</sup>* 18 i. ablativa *solus M* a vel ab *M<sup>2</sup>* que significat a vel ab *z* 19 tes-virtus] tes vel tis articulus, quo greci in omni locutione utuntur. aretos vero genitivus est casus, quo illi pro ablativo utuntur,

[4] **Editio.** Editio verbale nomen est. *Edo* varios sensus habet: *edo edis*, quando aequaliter declinatur, significat parturio et producitur *e*. Hinc et Sedulius:

Edidit et serum suspendit ad ubera natum.

5 Sive formo significat, ut idem Sedulius:

Edidit humanas animal pecuale loquelas.

Significat et compono, sicut in hoc loco: *edo edis* i.e. compono, transit in participium *editus editi*, inde editio i.e. compositio. Quando vero inaequaliter declinatur *edo es 10 est*, tunc significat comedo et corripitur *e* et facit praeteritum *edi*; dicitur enim in compositione adedo et peredo.

[5] **Prima.** Prima cum dicitur, intellegitur secunda; hanc enim primam fecit Donatus sub interrogatione discipuli et responsione magistri ad instruendos pueros,

non enim ablativum greci habent. Distat autem inter artem et disciplinam. ars enim in his est, que se et aliter possunt habere, disciplina vero est que de his agit, que aliter evenire non possunt (ut est mathematica). Nam quando veris disputationibus aliquid agitur, disciplina erit, quando vero aliiquid verisimile vel opinabile disseritur, nomen artis habebit. Denique secundum superiorem rationem non reprehenditur donatus, quia de grammatica scribens artem in titulo posuerit, quia utique est disciplina. nam quia de ea diverse a diversis disputatione, ars dicitur. quod autem de ea a veridicis veraciter disputatione et quod vera disputatione adeptores sui ad scientiae veritatem perducit, non ars, sed naturaliter disciplina vocatur *z*

**§ 4.** 1 nomen est] *editus editi addita o fit editio add. MM<sup>2</sup>, sed fere eadem paulo post sequuntur 3 parturio]* vel compono male add. *MM<sup>2</sup> Sedulius] Pasch. Carm. I 113 (ed. Huemer; cf. eiusdem indicem p. 364) 5 ut idem]* inde et *M* inde idem *P<sup>3</sup> Sedulius] l. c. v. 162 Alium in hac § sententiarum ordinem habent xxz:* Editio verbale nomen est. *Edo es (est)* quando inequaliter declinatur (quando anormalum est, quando anomalum est et ineq. declin.) significat comedo et facit preter. *edi*; quando (vero) equal. declin. *edo edis* significat parturio (et facit preteritem edidi). Hinc et (ait) Sed . . . Significat et compono sive formo, ut idem Sed. cet.

**§ 5.** 12 Prima-secunda] prima dicitur, quia sequitur sec. *xxz intelleg.] sic constanter M solus intellig. eeteri*

postea maiorem ad perfectiores et doctiores. — **Donati.** Donatus nomen est auctoris huius operis. — **Grammatici.** Grammaticus nomen est officii. Gramme (l. γράμμη) graece, latine linea dicitur, grammata dicuntur litterae, quia ex lineis constant. Hinc dicitur grammaticus litteratus et grammatica dicitur ars litteralis, quia ex litteris constat. [6] **Urbis.** Urbs appellativum nomen est. Dicitur autem urbs ab orbe i. a rotunditate, urbes enim antiquitus rotundae erant; vel ab urbo i. a sulco aratri. Antiqui siquidem volentes urbem aedificare circumducebant aratrum in circuitum, ubi fundamentum iaciendum erat, et cum perveniebant ad locum, ubi portae aedificandae erant, subportabant aratrum: inde dicuntur portae a subportando, vel ab importando, quia per eas introportantur, quae necessaria sunt civibus.

[7] **Romae.** Roma proprium nomen est magnae civitatis; dicta enim est a Romulo, conditore suo. Amulius et Numitor duo fratres fuerunt. Sed Amulius cupiditate regni ductus fratrem suum Numitorem de regno

1 maiorem] magiorem *M* secundam *xz* 3 officii] non nature add. *z* gramme] haec vocabula 'gramme' (γράμμη linea), 'gramma' (γράμμα littera), 'grammata' al. plerumque a librariis confundebantur 6 litteralis] addidi e codice quodam Bernensi, ex quo Hagen p. CLXVIII haec profert: 'grammatica dirivatur a gramma, Grammata vero a gramme.. Exinde vero grammatica est ars litteralis.'

§ 6. 9 rotundae erant] orbis enim dicitur rotunditas add. *MM<sup>2</sup>* sicut et orbis add. *x* ab urbo *FL* ab orbo *MM<sup>3</sup>P<sup>3</sup>* ab orbe *M<sup>3</sup>PP<sup>2</sup>* In *xz* ordo sententiarum invertitur, in *x* etiam tertia sententia inseritur: 'Vel urbs dicitur ab urvo (sulco *P*) i. a curvatura aratri' 10 volentes urb. aed.] civitatem edificantes *z* edificantes (hedif. *P*) sibi civitates *PP<sup>2</sup>* 11 in circ. om. *z* ubi-erat] ad designandum fundamentum *z* 12 et cum aratrum] et in loco portarum ipsum aratrum subp. *z* 14 vel civibus] vel inde dicitur porta a portando, eo quod quecunque (ea que *P<sup>2</sup>*) nec. s. civ. per portas deferuntur *x* Ordinem sententiarum invertunt libri praeter *MM<sup>2</sup>* omnes ita, ut prior expositio (v. 8—9) ultimo loco ponatur

§ 7. 19 de regno *Mz* regno ceteri

pepulit filiamque eius nomine Iliam vel Ream in templo  
deae Vestae consecravit. Quam secundum fabulam ferunt  
a Marte esse oppressam. Sed, quod verius, quidam  
adulter vitiavit eam. Unde geminos peperit filios, Romulum  
5 et Remum. Quos accipiens Amulius eorum avunculus,  
timens ne ab illis pelleretur regno, praecepit eos interfici.  
[8] Sed cui traditi sunt misertus eorum in silvam duxit  
et dimisit eos. Quos secundum fabulas inveniens lupa  
nutrivit cum catulis suis. Revera autem quidam pastor  
10 nomine Faustus reperiens eos vagientes uxori suae detulit,  
quae erat meretrix; meretrices enim lupae vocantur, quia  
amatores suos devorant. Unde et a lupa dicuntur esse  
nutriti. Cum ergo crevissent, avunculum regno eiecerunt  
15 et avum restituerunt. Deinde Romam aedificantes coepe-  
runt inter se contendere, ex cuius nomine vocanda esset  
civitas. Unde Romulus ascendit in montem Palatinum,  
ut ibi caperet augurium, et vidit sex vultures, Remus  
vero in montem Adventinum et vidit duodecim. Ob hanc  
causam ab exercitu Romuli imperfectus est Remus. Postea  
20 vero vocata est civitas Roma a Romulo conditore suo. —  
Sciendum est autem quia omnes civitates in comparatione  
Romae oppida dicuntur.

5 avunculus] proavunc. z 6 praecepit] commdavit *PA<sup>2</sup>*

§ 8. 7 duxit et] duxit ibique x om. *MM<sup>2</sup>* exposuit  
(in silvam) et z 8 secundum fabulas] sec. fabulam (famu-  
lam m<sup>3</sup>) z fabulose x 14 restituer.] in honorem rest. *P<sup>2</sup>A<sup>2</sup>*  
in hon. reconstituerunt *P* 16 Unde Romulus . . .] Sed (set)  
Romulus ut caperet augurium ascendens in montem adven-  
tinum vidit VI vultures, Remus vero in montem palatinum  
vidit XII. Ob hoc, eo quod plures vidit (viderat) vultures,  
quod erat melioris augurii signum, a militibus Romuli causa  
invidie (invid. causa) imperfectus est Remus eiusque sanguine  
romane civitatis uncte sunt porte. Ideo romulus a suo proprio  
nomine romam vocavit x *Totam hanc narrationem grammaticus*  
*noster sine dubio hausit ex Servio ad Verg. Aen. I 273 (VI 777).*  
*Cf. Mythogr. vatic. I 30; Fest. ed. Muell. p. 269 b.* 20 *conditore*  
*suo]* vel roma dicitur sublimis vel tonans ob hoc quod ali-  
quando principatum totius obtinuerit orbis add. *M<sup>2</sup>* 21 *Sciendum*  
est . . .] om. z habet x initio § 7. ante narrationem

[9] Mos est scriptorum ut in initiis librorum tria ponant: personam, locum et tempus. Quod iste Donatus studuit facere. Personam ostendit cum dicit **Donati grammatici**; locum subiungit cum dicit **urbis Romae**; tempus vero reliquit ad acuendum animum lectoris. Sed beatus Hieronymus hoc ostendit in catalogo i.e. in superscriptione virorum illustrium dicens: 'Tempore Constantii et Constantis et Constantini, filiorum (magni) Constantini, Victorinus rhetor et praceptor meus Donatus insignes habebantur Romae.'

[10] Hoc opusculum Donatus sub interrogatione et responsione composuit, introducens personam discipuli interrogantis et magistri respondentis, quod graece *dialogos* (l. διάλογος) dicitur: *dia* duo, *logos* sermo. Inde dialogus dicitur dualis sermo, qui seritur inter duos.

§ 9. *Hunc locum paulo aliter conformatum ante expositionem 'urbis Romae'* (ante § 6) habent xx 5 reliquit-lectoris] relinquitur (Cur hoc? add. M<sup>s</sup>) ut lectorem acueret inquirendo z animum] sensum M<sup>2</sup>x 6 Sed] legimus (enim) quod x repertum est autem a studiosis donatum fuisse regnabitibus Constante et Constantio, quod z 7 Tempore-Vict.] t. constantini et constantis et constantii fil. constantini vict. M<sup>2</sup> t. constantii et constantis fil. magni const., quo tempore vict. x temporibus constantis et constancii (constantii et constantis P<sup>s</sup>) fil. magni const., quo vict. z constancii et constantis (aut constantini) et filiorum constantini vict. M: librarius a priore Constantini nomine videtur ad posterius aberrasse. Exstat autem locus citatus non in Hieronymi libro de 'illustribus viris', sed in 'Chronic'. ad ann. Dom. 340 et 358 (Patrol. lat. ed. Migne t. 27 p. 679 et 687): 'Constantinus et Constantius et Constans regnaverunt... Victorinus rhet. et Don. gramm., praceptor meus, Romae insignes habentur.'

§ 10. *Quae § 10 tractantur, ea supra § 5 post verba 'ad pueros instruendos' inserit x 11 Hoc-composuit]* sub dialogo (dyal.) fecit don. hunc libellum z 14 logos] λόγως A 15 dualis solus m inter duos] cum unus interroget, alter vero respondeat add. x

## DE PARTIBUS ORATIONIS.

Partes orationis quot sunt? Octo. Quae? Nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio.

5     [11] **Partes.** Partes dicuntur a partiendo i.e. dividendo. Sicut enim una manus dividitur in V digitos, sic et grammatica, dum una ars est, dividitur in VIII partes. Vel a parilitate dicuntur partes i.e. ab aequalitate. Octonarius enim aequalis numerus est. Aequalis numerus dicitur, qui 10 in duo aequalia dividi potest, sicut VIII in IIII et IIII. — *Partio partis* activum est et neutrum, *partior partiris* passivum et deponens; sed unum sensum habent. — Antiqui non dicebant *partes* nisi in rebus corporalibus et numero paribus; nos vero non solum in corporalibus, sed et in 15. incorporalibus, nec solum in rebus paribus numero partes dicimus, sed et in imparibus. — **Orationis** i.e. rectae locutionis. Orare enim dicitur docte et honeste loqui. Inde oratores dicuntur facundi, faceti, eloquentes, qui bene possunt loqui. Ideo dixit orationis, quia omnis oratio 20 est locutio, non omnis locutio oratio. Est autem oratio structura verborum integra cum pleno sensu solidata. —

1 De part. or.] *addidi* Incipit de nomine (*rubro atrumento*) P 2 Partes . .] *totum lemma om. M* partes-sunt *xP<sup>3</sup>* partes-que? *m<sup>2</sup>* partes-interiectio *FL* partes-sunt? Magister: octo discipulus: que? m.: nomen . . . *M<sup>3</sup>*

§ 11. 8 ab aequal.] quod pares sunt (in) numero *add. xx* octonarius-qui] octon. enim numerus par et equalis num. dicitur, qui P 9 aequalis n. dic.] equalis autem vel par num. dic. z par et equal. num. dic. *P<sup>2</sup>* ante aequalis *litura est in M: fort. legendum* par vel aequalis 10 et IIII] in duo *add. P<sup>2</sup>* et (inter lineas) *M<sup>3</sup>* 11 Partio-habent] *om. x post in imparibus v. 5* *habet z 12* Antiqui . .] Donatus 'partes' posuit pro 'speciebus'. nam partes in corporalibus rebus ponimus, species vero de rebus incorporalibus dicimus *xz* 16 i.e. rectae loc. *P om. M* 19 Ideo-locutio oratio] oratio dicitur quasi oris ratio. ideo dico (dicit, dixit) quasi (inde dixit orationis *P<sup>3</sup>*), quia omnis . . *M<sup>2</sup>xz om. M* 21 cum pleno *MM<sup>2</sup>* pleno *xz*

**[12] Quot.** Quot nomen numerale est et interrogativum et per *t* ubique est scribendum. Est autem indeclinabile, sed per omnes casus pluraliter currit, et omnis generis: quot hi et hae et haec: quot horum et harum et horum. — **Sunt.** Sum verbum est substantivum nullius coniugationis et proprie ad deum pertinet, qui semper est, ut ipse dicit: ‘Ego sum qui sum.’ — **Octo.** Octo cum dicit, numerum diffinivit. Quidam enim voluerunt plures esse partes, alii vero pauciores. Sed Donatus Graecos secutus VIII enumerauit partes. *Octo* nomen est indeclinabile et diffinitio numeri. Diffinitio tria habet in se: veritatem rei pandit, inscios instruit, superfluos quosque aestimatores repellit. Est autem diffinitio sententia brevis et lucida, quae rem quamque susceptam ab omnibus aliis dividit et, incipiens a genere, transit per species et pervenit ad proprium. — **Quae?** Cum dicit quae? requirit nomina partium: nomen pronomen verbum etc., sicut, cum dicit quot, numerum.

**[13] Nomen.** Nomen dicitur a notamine vel a notione, eo quod vocabulo suo res incognitas nobis notas efficiat, vel eo quod aliquid ab eo cognoscatur; sive a graeca etymologia: onoma (l. ὄνομα) graece, nomen latine. Nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit. Bene primo loco nomen ponitur, quia substantiam demonstrat, et infantibus nascentibus primum nomina inponuntur. — **Pronomen.** Pronomen dicitur eo quod pro nomine vel loco nominis ponatur. Et recte secundo loco constituitur, quia pro ipso nomine accipitur. Vicaria enim pars est

§ 12. 4 horum] eius redditivum (responsivum) est ‘tot’  
add. z 6 dicit] Exod. III 14 7 cum dicit om. M 8 voluerunt m 11—15 Diffinitio-proprium om. x 13—15 Est-prop.  
om. z 16—17 Quae-numerum om. z

§ 13. 18 Nomen dicit.] D. (*i. e. discipulus*). Unde dicitur nomen? M. (*i. e. magister*). Nomen dicitur M<sup>s</sup> 19 notione] notione MM<sup>2</sup>M<sup>3</sup> notatione F notatione sive a notione .i. noticia P<sup>s</sup> 20 aliquid xz aliquis MM<sup>2</sup> 21 etymol.] .i. origine add. x 22—24 Bene-inpon. MM<sup>2</sup> om. xz In hac summaria nominum, quibus orationis partes designantur, expositione multa add. xz, quae posterius exhibent MM<sup>2</sup>, ubi singulae partes explanantur

nominis. — **Verbum.** Verbum dicitur a verberando, eo quod a verberato aere plectroque linguae formetur. Vel verbum dicitur a vere boando i. sonando: *boo* namque *sono* dicitur. Nec incongrue tertio loco ponitur verbum, 5 quia actum et passionem significat. Primum nomen est, quod significat substantiam, deinde verbum, quod significat actum vel passionem. ‘*Virgilius legit*’: *Virgilius* substantia est, *legit* actus. — [14] **Adverbium.** Adverbium dicitur, quod iuxta verbum ponitur. Merito autem quartum locum 10 tenet, quia semper verbo iungitur, ut ‘*bene legit*’. — **Participium.** Participium dicitur eo quod partem capiat nominis et partem verbi. Et quintum locum sibi bene defendit, quia ex nomine et verbo constat. — **Coniunctio.** Coniunctio a coniungendo vocatur et sexto 15 loco collocatur, quia praecedunt partes quae coniunguntur; deinde ista quae coniungit. — **Praepositio.** Praepositio a praeponendo dicitur, eo quod praeponitur aliis partibus. Est etenim merito in septimo loco, quia praecedentibus partibus praeponi debet. Si enim in primo 20 loco esset, praepositio esse non posset, quia quibus praeponeretur non haberet. — **Interiectio.** Interiectio dicitur ab interiaciendo i. ab interponendo. Quae ultimo loco constituitur, quoniam inferior est omnibus. Nil enim aliud agit nisi affectum animi incondita voce demonstrat.

## DE NOMINE.

Nomen quid est? Pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans. Nomi<sup>d.</sup>ni quot accidunt? Sex. Quae?

[15] Interrogatio discipuli: O magister, quid est nomen? Modo per singulas partes diffiniendo currit:

§ 14. 17 eo-partibus *M<sup>2</sup>* om. *M* Quid singularum partium sit proprium fuse post expositam interiectionem delarat z  
25 titulum addidi 26—28 lemma om. *M*

§ 15. 29 Interrog.-nomen] Series. D (iscipulus): Nomen quid est? *P* partes om. *M*

per *quot* numerum, per *quae* nomina, per *quid* substantiam requirit. — *Pars orationis*, i.e. una species latinitatis: diffinitio est nominis. Sicut superius diximus, diffinitio a genere incipit et per species ad proprium tendit. Est autem generale cum dicit *pars orationis*. Partes enim omnes dicuntur. Cum vero dicit *cum casu*, iam comprehendit species. Non enim omnes habent casus. Nulla enim pars cum casu declinatur nisi tantum nomen, pronomen et participium. Proprium ostendit cum subiungit: *corpus aut rem proprie communiterve significans*. Hoc est eius proprium. Expositio autem talis est: Est nomen pars orationis (i.e. una species latinitatis) *cum casu*. Bene dicit *cum casu*, non *cum casibus*, quia nullum nomen est quod non habeat vel unum casum. Sunt enim nomina, quae omnes casus habent i.e. sex et vocantur hexaptota (l. ἔξαπτωτα), sicut *unus unius uni*. Sunt quae habent quinque et vocantur pentaptota (l. πεντάπτωτα). Sunt etiam quae habent IIII et vocantur tetraptota (l. τετράπτωτα). Sunt quae tres et dicuntur triptota (l. τρίπτωτα). Sunt quae duos et vocantur diptota (l. δίπτωτα). Sunt quae unum et dicuntur monoptota (l. μονόπτωτα). [16] Constructio talis: *Nomen est pars orationis cum casu, significans corpus proprie communiterve vel significans rem proprie communiterve*. Corpus est quidquid ad V sensus corporis pertinet, vide-licet quod videtur auditur odoratur gustatur vel tangitur; quidquid enim per quinque hos sentitur, corpus vocatur. *Corpus proprie*, ut Donatus Roma Tiberis. Tiberis fuit

1—2 per *quot-requirit*] cum dicit quid, substantiam requirit, sicut *quot numerum add.* M 3—12 diffinitio-latinitatis *om. x* 3 superius] § 12 4 est autem M<sup>2</sup> est enim M 15 hexaptota] exapt. *codd.* exa grece, VI dicitur latine. Thoys (toys, τοις, tota) casus dicitur latine x 21 monopt.] unum casum habencia. inde dicitur monacus (hinc et monachus P<sup>2</sup>): monos unus,acos (achos P<sup>2</sup>) tristis i.e. unus tristis add. PP<sup>2</sup> cf. § 95 init.

§ 16. 26 corpus vocat.] corpus dicitur quasi cordis pus i.e. custodia cordis (nam pus puris custodia dicitur add. x); vel corpus dicitur eo quod corruptum pereat x z 27 Tiberis fuit] Tiberus (Tyb.) f. x

quidam rex, qui praelians cecidit in ipso flumine et mortuus fuit, de cuius nomine vocatur Tiberis. *Communiter*, ut homo urbs flumen. — *Vel significans rem proprie vel communiter*: *Rem proprie*, ut justitia pietas grammatica dialectica; *communiter*, ut virtus ars. Res proprie incorporalis est; sed aliquando res pro corporali ponitur, sicut dicimus: ‘da mihi rem meam’, et sicut Virgilius:

Postquam res Asiae Priamique evertere gentem,  
10 rem posuit pro regno.

[17] Post diffinitam substantiam transit ad accidentia. *Accidens* est quod accidit i.e. evenit vel contingit. Quaedam accidentia sunt quae accidentunt et recedunt, ut albedo nigredo; quaedam accidentia vero sunt quae perpetualiter permanent, sicut est albedo cycni, nigredo corvi. Accidentia aut ab animo dicuntur, ut bonus malus, aut a corpore, ut albus niger. Dicuntur et a mensura, ut magnus parvus; extrinsecus quoque, ut felix dives pauper.

D. **Nomini quot accidentia?** i.e. quot accidentia habet nomen? — Magister: **Sex.** Senarius numerus est perfectus, quia ex suis partibus constat: unus sexta pars

4 pietas] micahel (michael) x 5 Res-est] om. M 8 Virgil.]  
*Aen. III 1 9 Priam.-gentem]* om. MF 10 regno] dicitur autem res secundum Israhelem quicquid sentitur vel intelligitur vel latet. sentiuntur corporalia, spiritualia intelliguntur, latet vero deus et informis materia add. M<sup>2</sup> *Cuius scriptoris verba h. l. afferantur, non constat.* Duo autem sunt viri docti, de quibus cogitare possumus: *Israel ille Lemovicensis, qui, doctrina non minus quam vitae sanctitate praeclarus, saeculo undecimo ineunte carmen de vita Christi sermone vulgari contexuit* (*de quo cf. Hist. lit. VII 229*). Alter, *de quo magis etiam cogitari potest, ille est 'Israel episcopus Scotigena, sub cuius magisterio illustrissimus hic de quo loquimur (S. Bruno, Ottonis Imper. frater) plurimum se profecisse testatus est' (Ruotgeri vita Brunonis c. 7 in MGH. SS. IV 257, 7)*. Non Vergilium, sed Horatium (*Ep. I 1, 19*) h. l. citat M<sup>3</sup>: ‘Nam mihi res, non me rebus subiungere conor’ i.e. diviciis.

§ 17. 11—18 Post-pauper om. xx 15 cycni] cigni MM<sup>2</sup> 20 Senarius . .] cf. Scholia ad Heirici Vit. S. Germ. Praef. l. VI v. 12

est, duo tertia, tres dimidia. Igitur unus et duo et tres  
 355, 6 senarii summam perficiunt. — D. Quae? M. Qualitas  
**comparatio genus numerus figura casus.**

[18] **Qualitas.** Qualitas dicitur in nomine eo quod quale sit illud nomen demonstrat, proprium an appellativum, corporale an incorporele; et est qualitas dictionis species. — **Comparatio.** Comparatio dicitur adsimilatio. Est autem comparatio in nomine res, quae ex alterius collatione unum alteri praefert. Reprehenditur autem in hoc Donatus, cur posuerit comparationem inter accidentia nominis, cum non sit generale accidens. Comparatio enim non ita accedit nomini ut reliqua accidentia, quia non omnia nomina comparantur, nisi tantum appellativa; nec ipsa omnia, sed tantum ea, quae qualitatem aut quantitatem significant. Sed duobus modis succurrendum est illi: uno, quia totum pro parte posuit, altero, quia, si adiectivum iunxeris cum fixo, per adiectivum comparatur fixum, ut *bonus homo*, *melior homo*, *optimus homo*.

[19] **Genus.** Genus dicitur a generando, eo quod generet et generetur; vel genus dicitur a graeco quod est ge (l. γῆ) i. terra, unde cuncta procreantur. — **Numerus.** Numerus dicitur a numerando, vel a Numeria dea, quam antiqui dicebant deam esse numeri, vel a Numa Pompilio, qui primus apud Romanos numerum repperit. Est autem numerus unitatum collectio, veluti quidam acervus ex multis unitatibus profusus; sive numerus est forma dictionis, quae discretionem quantitatis facere potest. Vel dicitur numerus quasi nummorum rivus.

2 senarii] senariam *M<sup>2</sup>* 2 Qualitas-casus] om. *M* que suis in locis exponemus add. *x* 5 appellativum] primitivum an derivativum add. *M<sup>2</sup>* 11 accidens] sequuntur *h. l. in M* quaedam, quae infra (§ 21) suum locum habent 9 Reprehenditur] velut a Pompeio (Gramm. lat. V 139, 3 ed. K.) 14 ea quae] omnia ea q. *M* quae *M<sup>2</sup>*

§ 19. 21 vel-terra] cf. Festus s. genus 25 primus ap. Rom. *x* om. *MM<sup>2</sup>* 27 sive-potest] haec in *MM<sup>2</sup>* infra (§ 29) sequuntur, quo omnino non pertinent.

Antiqui enim, nescientes numerare, sua tempora suosque dies ex lapillis numerabant, in prosperitate candidis, in adversitate vero nigris. Hinc et Persius:

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.

**Figura.** Figura dicitur a fingendo i.e. componendo, quia fingere dicimus componere; unde compositores luti figulos vocamus. Et est figura rerum forma, vel figura est res artificialis, quae aut ex una parte constat et simplex dicitur, aut ex pluribus et composita vocatur. — **Casus.** Casus dicitur a cadendo, eo quod unus cadit in alterum. Et est casus ruina unius cuiusque rei. Casus (etiam) sunt diversae inclinationes animi.

[20] **Qualitas nominum in quo est?** Bipertita D. p. est. Interrogat discipulus: *O magister, qualitas nominum in quo est?* i.e. in quo iure vel in qua potestate consistit? Respondet magister: Bipertita i.e. bis partita. Tractum est hoc participium a verbo incertae significationis: *Partio partis* neutrale et *partior partiris* deponens; active etiam *partio partis*, quod gignit ex se passivum *partior*. Ergo ab utroque genere, passivo scilicet sive deponenti, hoc verbum compositione facta et mutata a vocali in e litteram formari potest: *bipertior bipertiris*. Transit in participium *bipertitus bipertita bipertitum*. — **D. Quomodo?** M. **Aut enim unius nomen est et proprium dicitur**, ut *Virgilius* — proprium dicitur quasi *porro privum*: antiqui enim dicebant *privum*, quod nos dicimus *proprium*, unde adhuc *privatas* res dicimus *proprias*, — **aut multorum et dicitur appellativum**, ut *homo*, *grammaticus*. Omne enim nomen aut erit *proprium* aut *appellativum*, aut *corporale* aut *incorporale*.

---

3 Persius] *Sat. II 1* 4 Macrine] materne *L* 6 quia-componere *M<sup>2</sup>* *x om. M* 8 res artif.] in nomine vero res artif. *x* in grammatica vero res artif., que ex quantitate (qualitate *P<sup>3</sup>*) cognosci potest; nam aut ex . . z 10 unus-in alterum] de una immatione (immutatione) in alteram cadat *M<sup>2</sup>* 11 unius cuiusque rei] cuiuscunque rei. in nomine vero vel in grammatica casus est inflexio nominis vel aliarum casualium dictionum z

<sup>5, 9, 10</sup> [21] Comparationis gradus quot sunt? Tres.  
 Qui? Positivus, ut doctus, comparativus, ut doctior, superlativus, ut doctissimus. Postquam diffinitum habet de qualitate, interrogat de comparatione, quia secundum accidentis est. Igitur comparatio dicitur assimilatio vel coaequatio, quae instar pulpiti in ascensionem vel descensionem fit, in laudem quoque vel vituperationem: In ascensionem, ut *doctus doctior*, in descensionem, ut *indoctus indoctior*. In laudem quoque, ut *iustus iustior*, in vituperationem, ut *iniustus iniustior*. — Gradus dicimus differentias comparationis. —

[22] Per quot numerum graduum requirit. Positivus, ut *doctus*: pono ponis, inde positus positi, addita -vus fit positivus. Positivus dicitur a ponendo, quia primus ponitur quasi fundamentum graduum; vel positivus dicitur quasi depositivus, eo quod deponit casum et abicit reciprocam personam. Non enim indiget altera persona, quemadmodum comparativus et superlativus, sed perfectus et absolutus est. — Comparativus i.e. assimilativus dicitur eo quod alteri comparatur et plus significat positivo, ut doctior ille quam hic. Iam comparativus alterius personam suscipit, et resolvitur per positivum et *magis* adverbium, ut 'ille est doctior' i.e. magis doctus; et est communis generis. *Comparo comparas* transit in participium *comparatus comparati*, addita -vus fit *comparativus*. Desinit in *or*, ut doctior, neutrum in *us*, ut hic et haec doctior et hoc doctius. — Superlativus, i.e. supereminens vel superexcellens, iam plus significat quam comparativus.

§ 21. 3 postquam-comparationis] *haec alieno loco* (v. § 18) in M inserta cod. M<sup>2</sup> secutus *huc transtuli* 4 diffinitum] finitum x 6 coaequat.] coequiparatio M equiparatio vel coequatio P<sup>2</sup> que etiam prelatio dici potest, quia unum alteri prefert z instar] ad inst. x 11 comparat.] vel gradus dicimus distinctiones, quibus a minore ad maius pervenitur add. M<sup>2</sup>

§ 22. 17 indiget alt. pers.] eget alio casu z 21—27 Jam doctius] om. xz 26 desinit scripsi transit M om. M<sup>2</sup> 28 iam doctiss.] suum enim excellit comparativum x

Fero fers fert facit praeteritum tuli, cuius passivum facit feror. Inde componitur superfero et facit passivum superferor; dehinc transit in participium superlatius superlati, addita -vus fit superlativus, ut 'doctissimus'.

[23] D. Quae nomina comparantur? i. quae D.p. sunt quae comparationem recipiunt? M. **Appellativa** dumtaxat i. tantummodo et sine praeiudicio. Taxare est aestimare et tractum est ab emptoribus, qui taxatione pretii tandem voluntates suas in unum colligunt. Inde venit adverbium dumtaxat, et est adverbium quantitatis. Nulla nomina comparantur nisi tantum appellativa, nec ipsa omnia nisi illa, quae qualitatem aut quantitatem significant. **Qualitatem.** Qualitas animi est et corporis: qualitas animi, ut bonus malus; qualitas corporis, ut albus niger. **Quantitatem.** Quantitas est solummodo corporis, ut magnus parvus, licet abusive dicatur magnanimus i. magnum animum habens, vel pusillanimis i. pusillum, parvum animum habens. — Bonus dicitur a graeco quod est boo (l. βοῶ) i. voco. Hinc et bonus dicitur Deus, eo quod omnes ad se vocat. Malus vero a graeco quod est melan (l. μέλαν) i. nigrum fellis, unde melancholia passio dicitur i. nigra cholera. Cui enim nigra cholera dominatur, malus solet esse et suspiciosus. Haec autem IIII nomina, malus et bonus, magnus et parvus, ita comparantur: bonus melior optimus, malus peior pessimus, magnus maior maximus, parvus

1 cuius  $M^2$  transit in  $M$  4 fit  $M^2$  facit  $M$

§ 23. 8 emptorib.] emtoribus  $M$  negotiatoribus  $M^2$  taxatione-colligunt] taxando rem appretiant  $M^2$  10 venit  $M^2$  vocatur  $M$  componitur  $x$  16 parvus] hoc enim tantum distant: (qualitas animi et corporis est  $M^2$ ) quantitas (vero) tantum corpori datur, ut magnus vir add.  $MM^2$  16 licet abusive] quae sequuntur, nonnihil perturbata sunt in  $M$  20 vocat] 'dicens: venite ad me omnes qui laboratis . .' (Matth. XI 28) add.  $z$  21 melan] maleron  $M^2M^3$  22 melanach. pass.] melancolica passio  $F$  melancolia libri 23 cholera] colera libri cui-dominatur  $M^2$  cum-dominabitur  $M$  24 Haec . .] ordo senten-tiarum h. l. in  $M$  et aliis codicibus nonnihil turbatus est 26 maior] magior  $M$  maigior (deleta i priore)  $M^2$

minor minimus. Antiqui dicebant: bonus bonior bonissimus, malus malior malissimus. Moderni itaque, quia absonum erat, mutaverunt.

55, 12 [24] D. Comparativus gradus cui casui servit? i. cui casui adhaeret vel iungitur? M. Ablativo sine praepositione: non enim dicimus 'doctior ab illo' vel 'de illo', sed 'doctior illo'. Hunc quidam volunt dicere septimum casum. Sed non procedit, quia, sive sit cum praepositione sive sit sine, semper ablativus est. — D. 55, 13 Superlativus cui casui iungitur? M. Genitivo tantum plurali; dicimus enim 'doctissimus poetarum Virgilius'. Poio (l. ποιῶ) graece dicitur facio. Inde poeta dicitur factor carminis et opus illius *poema* vocatur. — Iungitur etiam genitivo casui singulari in illis tantum nominibus, quae positionem habent singularem et sensum pluralem, ut 'doctissimus plebis, sapientissimus congregationalis vel contionis, fortissimus gentis'.

55, 14 [25] D. Genera nominum quot sunt? M. Quattuor. Quattuor sunt genera sicut quattuor elementa, ex quibus omnia nascuntur, masculinum femininum neutrum et commune. Sed ex his duo sunt naturalia, masculinum et femininum, quia haec duo generant et generantur; duo sunt artificialia i. ex arte descendantia. —

1 antiqui] ant. grammatici x 3 mutaverunt] magnus grece megalos dicitur. est autem ton meson i. medie significationis inter bonum et malum, ut magnus deus, magnus latro add. z

§ 24. 11 plurali] om. M 13 factor] vel fictor add. x z poema] poetria vel poema (vel poesis) z 15 positionem M comparationem *M<sup>2</sup>* cf. Cledonii artem (V 11,5 K): 'singularem numerum (superlativus) ita admittit, si positionem habeat singularem, intellectum pluralem' 14—17 Iungitur-gentis] quae addunt ante hanc sententiam *MM<sup>2</sup>*, post eam x, non huc, sed ad § 18 pertinerent, si genuina essent: 'Hoc quoque sciendum, quod Priscianus comparationem inter accidentia non annumerat, quia generale accidens non est, sed speciem intromittit. Omnia enim nomina aut primitive speciei sunt aut derivative . . .'

§ 25. 22 quia-generator] haec verba post descendantia transposita sunt in *M*

**Quae Masculinum, ut hic magister.** *Mas maris*, inde deminutivum *masculus masculi*, addita -*nus* fit *masculinus*. *Magister* dicitur eo quod maior sit in statione: steron (l. στερόν, στερρόν aut στερεόν) graece, latine statio dicitur.

**5 Femininum, ut haec Musa.** *Femen feminis et femur femoris*. Quidam femina esse mulierum dicunt, femora virorum. Sed idem est *femen feminis et femur femoris*: est abstrusa pars corporis i.e. inter coxalia, quibus equis insidemus: Igitur ab eo quod est *femen feminis* formatur *femina*; hinc et *femininus -na -num*. *Musa* dicitur a graeco quod est *mois* i.e. *aqua*. Inde Moises dicitur, quasi de *aqua ductus*. Multum enim iuvat *aqua sonum musicum*, ut videmus in *hydraulis* i.e. in *organo*. Novem autem secundum fabulam fuerunt Musae, filiae Iovis et Iunonis.

**15 Revera novem sunt officia humanae vocis.** Fit enim vox humana plectro linguae a pulsu quattuor dentium repercussione duorum labrorum in modum cymbalorum cavo

1 mas-masculinus *x om. ceteri* 4 statio dic.] secundum (sciendum quod?) dicitur magister tribus modis: etate sapientia et religione, didascalus grece, magister latine, aliter comarcus (κώμαρος) add. *M<sup>2</sup>* z cf. § 33 7 sed idem . . *M* in aliis codicibus hoc ipsum negatur 9 Igitur . . *x ex parte M<sup>2</sup>* z om. *M* 10—13 musa-organo] de his et proxime sequentibus infra (§ 33) tractatur in *x* in *MM<sup>2</sup>* praecedit expositio similis: 'Mois (moys, moy, moi) grecum est, quod aquam significat. ab aqua musa (aqua et musa *M*) dicitur (aqua dicitur et musa *x*), quia musicus sonus maxime ex aqua fit et aere (ere *M*), ut in ydrauliis (drualiis *M<sup>2</sup>* hidrauliis *P* idraulis *P<sup>2</sup>*) i.e. in organis (in organalibus *M* in organicis sonis et organalibus *x*) facile probari solet' (cf. Serv. ad Verg. Buc. VII 21: 'aqua motus musicen [sonum cod. Regin.] efficit, ut in hydraulia videmus'). 'ydon (idor) enim grece, aqua dicitur latine. Hinc ydraulie (idraule) dicuntur fistule que in organo fiunt (sunt). Inde moyses dicitur aquaticus, eo quod de aqua fuit (sit) sublatus' add. *x* 14 Iunonis] quarum nomina et interpretationem is . . (Isidorus?) aperte insinuat . . Clio fama querens, Euterpe bene delectans, Melpomene meditationem faciens, Talia ponens germina, Polimnia memorans sua facta, Erato inveniens simile, Terpsicore delectans instructione(m), Urania celestis, Calipea pulchre faciens vel pulchrifica add. *M<sup>2</sup>* similia *P*; cf. Fulgentii Mythol. I 14; Mythogr. vatic. I 114, II 24

gutturis et adiutorio pulmonis, qui in modum follis aerem recipit et remittit. — **Neutrum**, ut **hoc scamnum**. *Neutrum* dicitur per abnegationem duorum generum, quasi nec hoc nec illud i.e. nec masculinum nec femininum. *Scamnum* dicitur a scandendo, quia antiquitus altis lectis apponebatur, et de scamno in lectum ascendebat. [26] **Commune**, ut **hic et haec sacerdos**. *Commune* dicitur, quia communicat duobus generibus, eo quod sub una litteratura marem ac feminam comprehendit, ut 'hic et haec sacerdos'. Apud ethnicos sicut erant viri sacerdotes, sic et mulieres. *Sacerdos* autem dicitur a sacris dandis, et est compositum ex sacer et dos, ut quidam volunt. — **Est praeterea**, i.e. praeter ista, **trium generum, quod omne dicitur**, quia tria genera comprehendit, ut **hic et haec et hoc felix**. *Felix* dicitur dives, fortunatus, beatus, graece vero eutiches (l. εὐτυχῆς). Dicitur quoque felix propicius. Unde Virgilius:

Sis bonus o felixque tuis!

**Est epikoenon, id est promiscuum, ut passer aquila mustela milvus.** Est et aliud genus quod dicitur epikoenon i.e. promiscuum, et scribitur per *K* et *oe* diphthongon: *epi* super, *koenon* vero commune. Non ergo verbum ex verbo exprimit, sed sensum ex sensu. Dicitur autem promiscuum genus i.e. confusum, dubium, quia sub uno articulo marem ac feminam comprehendit, ut 'hic passer'; sive masculus sive femina sit, sub masculino profertur articulo: Quo vocabulo cunctae minores aviculae

3 abnegation.] denegationem *P<sup>2</sup>* negationem *M<sup>3</sup>*

§ 26. 14 quod-dicitur] et trigenum dicitur *M* 16 eutiches *PF* euthiches *M* euthiches *M<sup>3</sup>* *P<sup>3</sup>* *HYOYCHC* *P<sup>2</sup>* *HYOYCHIC* *A<sup>2</sup>* 17 Virg.] Ecl. V 65 19 lemma om. codd. epicoenon *Donat. Keilii*, qui mustela milvus *om.*; *Remigius* certe ea nomina in suo exemplari legebat epikoenon *MM<sup>2</sup>* *PF* epikenon *M<sup>3</sup>* epikoenom *L* epychenon *P<sup>2</sup>* epichoenum *A<sup>2</sup>* *HIIKONHωN A* 22 non ergo] porro quod sequitur 'promiscuum' non *x* 23 Dicitur-genus] erisenon (?) i.e. promiscuum, epikoenon (similiter) promiscuum *MM<sup>2</sup>* 27 Quo-vocantur *P* *om.* *M*

vocantur. Nam a parvitate corporis *passer* adeptus est nomen. *Haec aquila* sub uno articulo marem ac feminam comprehendit; et dicitur *aquila* ab acumine oculorum, eo quod ceteris avibus acutius videt. Nulla etenim avis est in summitate aeris volitans, quae leporem inter spinas latitantem videre possit, nisi sola aquila. *Mustela* dicitur quasi *mus longa*; telon ( $\tau\eta\lambda\sigma\tau\omega\tau$ ) enim graece, longum latine. *Milvus* onomatopoeon est i.e. nomen de sono factum, et dicitur a molli volatu.

[27] Quaeritur autem, quae differentia sit inter *commune* et *epikoenon* genus. Sed sciendum est, quia tribus modis differunt. Commune genus marem et feminam sub duobus articulis comprehendit, ut hic et haec sacerdos, epikoenon vero sub uno. Alio modo: commune genus fit et in iumentis et in maioribus videlicet creaturis, epikoenon vero in reptilibus et in minoribus creaturis. Tertio modo: commune genus visu discernitur; verbi gratia, si videris hominem, intellegis utrum sit masculus an femina. Epikoenon vero non discernitur visu oculorum; verbi gratia, si videris mustelam currentem et passerem volantem, nescis utrum sit masculus an femina. Genus ergo dicitur in nomine exploratio sexus per vocem carentem genere. Nam illa vox non est genus, sed quod per eam intellegitur; vel genus dicitur in nomine dictio finalis determinatione discreta, unde sexus uterque cognosci potest.

[28] Rursus quaerendum est, si *milvus* epikoenon et *aquila* epikoenon est, cur *milvus* magis sub masculino, *aquila* vero sub feminino articulo pronunciatur. Ad quod

4 acutius videt] cf. *Fest. s. aquilus*, ubi 'volando', quod habent codices, recte in 'videndo' mutavit *Hildebrandus*  
 6 sola *aquila*] post haec verba eaedem res iterum aliis verbis exponuntur  
 in *MM<sup>2</sup>* 7 *mus longa*] sic *MM<sup>2</sup>PP<sup>2</sup>P<sup>3</sup>* m. longus *M<sup>3</sup>FL*  
 cf. *Serv. ad Verg. Aen. IX* 744 'mustela quasi mus longus'  
 8 onomatopoeon ( $\overset{\circ}{\nu}\nu\mu\alpha\tau\tau\pi\sigma\tau\omega\tau$  an  $\overset{\circ}{\nu}\nu\mu\alpha\tau\tau\pi\sigma\tau\alpha\tau?$ ) onomatopeion *MP<sup>2</sup>P<sup>2</sup>* - peyon *P<sup>3</sup>* - peium *M<sup>3</sup>FL* onomatopeion *M<sup>2</sup>*

§ 27. Quae §§ 27 et 28 continentur, inverso ordine tractantur in xx

respondendum, quia quattuor modis cognoscuntur genera: natura articulis auctoritate clausulis: *Natura*, quia si videris equum, intellegis utrum sit masculus an femina. *Articulis*, quia cum audis vel legis *hic*, intellegis masculinum, cum *haec*, feminam. *Auctoritate* autem, quia nomina sunt incerti generis, quae nescimus quo genere pronunciare debeamus, nisi requiramus auctoritatem maiorum, ut sunt silex et finis et cortex. *Silex* nomen est incerti generis; sed Virgilius feminino genere protulit dicens:

Spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit.  
Similiter *finis* est incerti generis; sed idem Virgilius feminini generis esse dixit, ut

Haec finis Priami fatorum.

*Cortex* quoque feminini generis est apud eundem poetam: 1  
Tunc Phaeontiadas musco circumdat amarae  
corticis.

*Clausulis*, quia decreverunt antiqui, ut ea nomina, quae in *-us* vel *-er* exeunt, potius dicantur masculina quam feminina, ea vero, quae in *-a*, feminino potius pronuncientur genere.

<sup>5, 18</sup> [29] Numeri nominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut *hic magister*, pluralis, ut *hi magistri*. Quidam voluerunt addere tertium i. *dualem*, qui

§ 28. 3 utrum-feminam *M<sup>2</sup>* in *M lacuna est* 8 ut sunt *M<sup>2</sup>* et usualis loquacitas maistrorum (l. magistrorum) fecit ut sint *M*: quae verba ex alio codice interpolata sunt 9 Virg.] Ecl. I 15 11 a] ab *M<sup>2</sup>* 12 Virg.] Aen. II 554 15 poetam *M<sup>2</sup>* poetam dicens *M* Ecl. VI 62 sq. 19 vel *-er*] vel r *M* vel ur *M<sup>2</sup>* Multo brevius totum hunc locum (§ 28) absolvunt xx: 'cum hec igitur promiscua sint (nomina), querendum est, cur passerem et milvum masculino genere, aquilam vero et mustelam feminino pronunciaverit. Ad hoc respondendum, quod auctoritas et usualis loquacitas (locutio z) fecit (obtinuit z) ut, que r vel s (litteris) terminantur, magis masculino, que vero a finiuntur, feminino (genere) pronuncientur (enunciantur)'.

singulariter pronunciari non potest, ut 'hi ambo' et 'hi duo'. Sed nos non recipimus hunc numerum, quia quidquid excedit singularitatem inter pluralem numerum computatur. — Singularis dicitur eo quod ad unum solum pertinet: singulus singuli, inde singularis; et ab eo quod est plus dicitur pluralis, eo quod plures continet. — **Figurae nominum quot sunt? Duae. Quae?** Simplex, ut decens potens, composita, ut indecens inpotens. Quidam tertiam i.e. decompositam addiderunt. 10 Sed Donatus duas annumerat, compositam et decompositam comprehendens in unam figuram. Decomposita enim est a composita derivata, et dicitur decomposita eo quod a composita derivatur, ut verbi gratia *magnus* simplex figura est, *magnanimus* composita, inde *magnanimitas* venit, decomposita. Composita vero dicitur figura, quae in duo intelligibilia dividi potest. — Simplex dicitur quasi semel plexa; composita dicitur eo quod ex pluribus partibus constat. 'Simplex, ut decens, potens.' Decens dicitur formosus, pulcher, cui honor debetur, et 20 venit a *decem*, qui est perfectus numerus. Hinc et *decumanus* fructus dicitur et *decumana* ovis i.e. perfecta. Potens quasi patens, cui ad voluntatem patent omnia. — 'Composita, ut indecens, inpotens.' Indecens est indignus, quem honor non decet; inpotens, qui nihil potest. Sciendum autem est, in cum conponitur aliquando tantundem significat, quantum et pars cui coniungitur, ut *curvum* *incurvum*; aliquando autem pro abnegatione ponitur, ut indecens inpotens i.e. non decens non potens. Ergo

---

§ 29. 1 singulariter  $M^2x$  singulari  $M$  hi ambo] hic ambo  
 $P$  2 nos] donatus hoc (hec)  $x$  3 inter plur. num.] pluralitatem numerum  $M^2$  inter pluralitatem  $x$  De enuntiato perperam h. l. intruso in  $MM^2$  cf. § 19. Etiam alia huius loci membra in  $M$  disiecta sunt 5 singularis] i.e. unalis add. z 9 Quidam . . .] sed apud romanos tres sunt . . .  $x$  apud Priscianum vero tres . . . z 12 derivata  $M^2$  derivativa  $M$  19 cui h. debetur] cui h. decet  $M^2$  quem decet hon.  $x$  21 potens omnia] potens qui potest implere quod vult  $xz$  24 quem-decet] cui vel quem non decet hon.  $P$

*inpotens et valde potens et minus potens* potest significare.

, 21 [30] Quot modis nomina componuntur? Quatuor: **ex duobus integris, ut suburbanus.** Sub integra praepositio est, similiter *urbanus* integrum nomen. *Urbanus* dicitur qui intra urbem habitat, *suburbanus*, qui extra urbem i.e. qui in suburbio vel in territorio urbis subsistit. *Territorium* dicitur quasi *terrebovium*, a terendo et bove, eo quod bobus teratur. — **Ex duobus corruptis, ut efficax municeps.** *Efficax* dicitur quasi *effectus capax*: *effectus* corrumpitur et facit *effi*, *capax* similiter et facit *cax*. Dicitur autem *efficax*, cui ad votum omnia veniunt. *Municeps*: *munia* integrum est, corrumpitur et facit *muni*; *capiens* corrumpitur similiter et facit *ceps*. Inde *municeps* dicitur i.e. *munia capiens*. *Munia* autem sunt officia, unde et legimus in vita beati Martini: 'Munia tua devotus inplebo' i.e. officia. *Municipes* quoddam genus hominum erant apud Romanos, qui in omnibus rebus communicabant et suis legibus utebantur, excepto quod suffragium ferre non poterant i.e. excepto in suffragilatione: suffragilatio est fidem illorum recipere i.e. fideiussores esse non poterant nec magistratum consequi. — **Ex integro et corrupto, ut insulsus**

§ 30. 3 Quot *MM<sup>2</sup>z* quibus *Don. Keil.* 4 ex-suburb.] et deinceps usque in perterritus *M<sup>2</sup>* 9 bobus] bubus *M<sup>2</sup>PM<sup>3</sup>* 10 efficax dic. *xz om. MM<sup>2</sup>* quasi eff. cap.] *haec verba post alterum efficax v. 12 inseruntur in MM<sup>2</sup>* 12 cui-veniunt (eveniunt?)] cui ad voluntatem o. v. *M<sup>2</sup>* qui facile potest implere quod vult, sicut in efficax (componitur), qui nichil potest *x* qui facile implet quod vult, sicut compos effector voti, cui ad votum (nutum) queque proveniunt (quidque proveniat) z 16 in vita b. M.] i. e. in *Sulp. Severi Epist. III § 13 p. 148, 24 ed. Halm.* 19 communicabant] eis add. z cum eis add. x 21 suffragilatio] suffragilitio *P<sup>2</sup>* 22 non poterant] Inde et Paulus (*act. Ap. XXI 39*): 'Ego sum de tarso cilicie (cilio, sicilie, silicie), non ignote civitatis municeps': quod grece dicitur *polites* (*ΠωΛΙΤΗC A<sup>2</sup> ΠΥΛΥΤΗC A*); *polis* (polys) enim grece *civitas* dicitur (latine), inde *polites* *civilis* dicitur add. x et partim z

**ineptus.** *In* integra pars est, *salsus* corrumpitur et facit *sulsus*. Salsus dicitur doctus, qui sale sapientiae est conditus, *insulsus* quasi non sale conditus i.e. insipiens vel fatuus. Sal enim pro sapientia ponitur. Unde Terentius:

5 . . . qui habet salem || qui in te est.

**Ineptus:** *aptus* corrumpitur et facit *eptus*, unde *ineptus*, inconveniens, inutilis, incongruus. — **Ex corrupto et integro:** ut **nugigerulus:** *Nugax* hebraeum nomen est i.e. inutilis. Quod corrumpitur et facit *nugi*. Gero geris 10 i.e. porto; inde *gerulus* i.e. portitor. Hinc et composite dicitur *nugigerulus* i.e. inutilis portitor. — **Aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis inperterritus.** *Aliquando* adverbium est temporis, compositum ex *aliud* et *quando*. *Ex compluribus* i.e. non solum ex duabus partibus, 15 sed ex multis, ut *inexpugnabilis inperterritus*: *in* et *ex* duae sunt praepositiones, *pugnabilis* vero nomen, et est locus *aptus* ad pugnandum vel homo qui bene potest pugnare; *expugnabilis* est locus vel homo, qui facile potest expugnari i.e. vinci, *inexpugnabilis* est ille, qui nunquam 20 potest expugnari. — *Territus* est qui timet i.e. timidus, *perterritus*, qui valde timet, *inperterritus*, qui nihil timet.

[31] **Casus nominum quot sunt? Sex.** Sicut superius dictum est, casus dicuntur a cadendo, eo quod

1 *ineptus*] om. *Donat. Keil. in arte minore*, *ineptus* *insulsus* *habet idem in arte maiore*; *ineptus post insulsus exponitur in Mx 4* *Terent.] Eun. 400 (3, 1, 9)* 5 *salem qui M in se salem qui M<sup>2</sup> salem, quod Terentii editores 8 *Nugax-inut.** *portitor (portator P) x sententiarum ordo nonnihil turbatus est in MM<sup>2</sup> 9 inutilis]* et piger add. *MM<sup>2</sup> 11 inutilis port.] nugax p. M* *nugarum p. M<sup>2</sup>* *nugas ferens i.e. vanitates: idem est et vaniloquus et friboloforus (confriboloforus, fabulosulus, faborosulus) z cf. G. Loewe, Prodrromus corp. gloss. lat. p. 260 sq. 15 ut inexp. inp.] om. M<sup>2</sup> paulo post alieno loco posita in M 16 vero nomen, et x nomen z om. MM<sup>2</sup> 18 expugnabilis-qui] similiter locus facile qui M 19 inexp.-expugnari] om. M 21 nihil tim.] tamdiu enim sunt nomina componenda (componuntur nomina), usque dum sensus mutetur add. MM<sup>2</sup>*

§ 31. 23 superius] § 19 in.

unus in alterum tam sensu quam literatura cadat; et est casus ruina unius cuiusque rei, in nomine vero inflexio nominis. *Cado catis* facit praeteritum *cecidi*, cedo (l. *caedo*) vero *cecidi*, et quando *recedo* significat, *cessi* facit. — **Qui?** Nomina casuum requirit. **Nominativus** dicitur a nominando: nomino nominas facit praeteritum nominavi; deinde nominor nominaris facit participium nominatus nominati, addita -*vus* formatur nominativus. Et recte in primo loco ponitur, quia fons est et origo aliorum casuum, et ab illo regulam accipiunt, et per illum nomina nascentibus inponimus vel aliquem nominamus, ut est illud: ‘Nequaquam, sed vocabitur *Johannes*.’ Quidam vero dicunt, nominativum non esse casum: rectus est enim et in alios minime cadit. Sed sciendum quia, licet ipse non cadat, tamen alios cadere facit. — **Genitivus.** *Gigno*<sup>1</sup> *gignis* facit praeteritum *genui*; *gignor* *gigneris* facit genitus -*ti*, addita -*vus* fit genitivus. **Genitivus** dicitur ideo quod per illum genus demonstratur; unde et *paternus* dicitur, quia per illum pater ostenditur, ut: ‘cuius filius est? Virgilii’. Recte secundo loco ponitur, quia ex ipso fiunt omnes derivationes et ab ipso incipit casuum inflexio. Nam nominativus non proprie dicitur casus, quia non cadit, alios tamen cadere facit. — Dicitur quoque et *possessivus*, quia per illum ostenditur possessio, ut: ‘cuius equus est? Prisciani’. Dicitur autem genitivus quasi genere *lativus*, quia genus reportat ad memoriam. — **[32] Dativus.** *Do das* facit praeteritum *dedi*; inde *dordaris*, transit in participium *datus dati*, addita -*vus* fit dativus. Dicitur antem *dativus* a dando, quia per illum damus, ut: ‘do tibi librum’. Dicitur et *commendativus*, quia per illum commendamus, ut: ‘commendo tibi illam rem’. Dicitur quoque *salutativus*, quia per illum salutationes fiunt; nam in epistolis per illum salutamus, ut:

2 in nom.-nominis] in grammatica casus est infl. nom. vel aliarum casualium dictionum *M*<sup>2</sup> 11 illud] *Luc. I 60* 17 Genit. dicitur] importune h. l. repetuntur in *M*, quae supra (§ 19) de genere dicta sunt

‘Sanctissimo Patri et carissimo filio’. Hic tertius ponitur, quia amicis convenit, unde *amicalis* dicitur. — **Accusativus.** *Cudo cudis*, inde verbum frequentativae formae *incuso incusas* et *accuso*, *accusas*, facit participium *accusatus accusati*, addita *-vus* fit accusativus. Quartus hic ponitur, quia inimicis congruit; per illum enim accusamus. *Accusativus* dicitur ab accusando. Dicitur quoque accusativus quasi *activus*, quia adhaeret verbis activis, ut: ‘lego librum’. Dicitur etiam et *laudativus*; per illum 10 enim laudamus, ut: ‘laudo Deum’. — **Vocativus.** *Voco vocas* facit *vocavi*; inde passivum *vocor vocaris*, transit in participium *vocatus vocati*, addita *-vus* fit vocativus. *Vocativus* dicitur a vocando, quia per illum *vocamus*: ‘O Virgili!’ Unde et quintus ponitur. Dicitur et *salutatorius*, quia per illum *salutamus*, ut: ‘salve, Aenea!’ 15 — Sciendum autem quia *vocativus* in omnibus declinacionibus fit similis nominativo, excepto in secunda, in illis videlicet nominibus, quae desinunt in *us*, ut *doctus docte*. — **Ablativus.** *Aufero aufers aufert* facit *abstuli*, inde 20 *auferor, aufereris aufertur* facit participium *ablatus ablati*, addita *-vus* fit ablative. *Ablativus* dicitur ab *auferendo*, eo quod per illum *auferimus*; dicimus enim: ‘aufero a te!’ Hic novissimus ponitur, quia post omnes a Latinis reperitus est, et ideo *latinus* dicitur. Graeci vero ablativum 25 non habent, sed V utuntur casibus, ablative penitus carentes, pro quo tamen genitivum ponere consueverunt.

[33] **Per hos omnium generum nomina pronomina participia declinantur hoc modo.** *Per hos:* subauditur VI casus; omnium generum nomina, pronomina

§ 32. 2 *amicalis Mz amicabilis M<sup>2</sup>x 4 incuso . . . ] incuso de maioribus, accuso de paribus vel inferioribus dicitur add. z accuso quoque pro ago ponitur. Cicero ‘accuse, inquit, quod rectum est’ i.e. agite. Terentius: ‘quare non accusatis penitudinem’ i.e. non agitis z 14 salutatorius] salutativus M<sup>3</sup> P marg. 16—18 Sciendum-docte] et sciendum est quia omnes casus tertie persone sunt (iunguntur), excepto vocativo, qui secunde persone semper iungitur x idem add. M<sup>2</sup> similia z*

omnium generum, *participia* omnium generum *declinantur*  
<sub>5, 28</sub> i. flectuntur *hoc modo* i. tali modo. **Magister nomen appellativum:** appellativum dicit, quia multi magistri sunt: **generis masculini**, quia habet articulum *hic*; **numeri singularis**, **figurae simplicis**, quia non est compositum, ut quidam putant, ex latino quod est *maior* et graeco *steron*, quod significat stationem. [Dicitur ergo magister maior in statione, graece vero dicitur *πομαρχος* (l. *πομαρχος*)] **casus nominativi et vocativi** — quia hi duo similes sunt —, **quod declinabitur sic:** nominativo **hic magister** legit, genitivo **huius magistri** legentis liber est iste, **dativo huic magistro** legenti do librum istum, **accusativo hunc magistrum** laudo vel accuso, **vocativo o magister** veni, lege et doce nos, **ablativo ab hoc magistro** librum accepi; et pluraliter nominativo **hi magistri** legunt, genitivo **horum magistrorum** libri sunt isti, dativo **his magistris** librum dedi, accusativo **hos magistros** laudo vel accuso, **vocativo o magistri** venite, legite, **ablativo ab his magistris** librum accepi.

<sub>56, 6</sub> [34] **Nominativo haec Musa** cantans, **huius Musae** cantantis sonitus est iste, **huic Musae** cantanti intendo, **hanc Musam** cantantem accuso et laudo, **o Musa** veni et canta, ab **hac Musa** accepi dulcem sonum et <sub>6, 10</sub> **reliqua**. — **Scamnum** [a scandendo dicitur. Apponitur altioribus lectis, ut facilius ascendatur]. **Nominativo hoc scamnum** positum est hic, genitivo **huius scamni** tapetum est istud, **huic scamno** insedi, **hoc scamnum** laudo, **o scamnum**, accipe me ad sedendum, ab hoc

§ 33. 5 non est compositum] cum Donato h. l. negatur, quod supra (§ 25) affirmabatur cum Isidoro in *Etym. l. X.* 7 Dicitur ergo . . .] interpolatum esse censeo hoc membrum; *insana utique conclusio est, nisi mente saltem suppleas secundum eosdem*. Ceterum nomen graecum in *M* satis distinete, in *PP<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* litteris minus compositis scriptum est 11 legentis-iste] docentis est iste discipulus madutes (*μαθητης*) *P* mathistes est iste *P<sup>2</sup>*

§ 34. 25 Scamnum-ascend.] fere idem iam supra (§ 25)

**scamno** surrexi. — **Sacerdos** dicitur quasi sacrum dans,<sup>356,</sup> a sacris dandis, et est generis communis, quia sicut viri, sic et mulieres antiquitus sacerdotes erant. **Nominativo hic** vir sacerdos et **haec** mulier **sacerdos** missam cantant, **genitivo huius** viri sacerdotis et huius mulieris **sacerdotis** libri sunt isti, **huic** viro sacerdoti, huic mulieri **sacerdoti** librum dedi, **hunc** virum sacerdotem **et hanc** mulierem **sacerdotem** audio, o vir sacerdos, o mulier sacerdos, venite et cantate nobis missam, ab **hoc** viro et ab **hac** muliere **sacerdote** librum accepi. — **Felix**<sup>356,</sup> apud Latinos simplex est, apud Graecos compositum: *eu* graece, *bonus* latine; *tichis* (l. *τύχη*) fortuna, inde euthices (l. *εὐτυχῆς*) graece, quod felix dicitur latine i.e. bene fortunatus. **Nominativo hic** vir felix et **haec** mulier felix et **hoc** mancipium **felix** scribunt aut ludunt, **genitivo huius** viri felicis, huius mulieris felicis, huius mancipii felicis sales sunt isti, **dativo huic** viro felici, huic mulieri felici et huic mancipio felici equum dedi, **accusativo hunc** virum felicem, **hanc** mulierem felicem, **hoc** mancipium **felix** accuso vel laudo, **vocativo o felix** vir, o mulier felix, o mancipium felix, ludite, **ablativo ab hoc** felice viro, ab **hac** muliere felice, ab **hoc** mancipio felice accepi ludos.

[35] Quaecumque nomina **ablativo casu** singu-<sup>356,</sup> lari a vel o fuerint terminata genitivum pluralem in quid mittunt? Regulas declinationum hic Donatus, quia Latinis scribebat, per ablativum casum demonstrat. Ablativus enim Latinorum est; graeci vero non habent ablativum, sed pro ipso utuntur genitivo vel dativo. Priscianus vero, quia graecis auctoribus utebatur, secundum

1 sacerdos] *similia supra* (§ 26) 10 felix] *similis expositio in § 26 Longe aliter declinatur 'hic et haec sacerdos' in x, 'felix' in M<sup>2</sup> et z: 'o sancte sacerdos, ora pro propulo, o sancta sacerdos, interveni pro clero; ab hoc sancto sacerdote veniam merui, ab hac sancta sacerdote absolutionem accepi' et quae sunt similia*

§ 35. 30 auctoribus] auctoritatibus. M<sup>2</sup>

Graecos eas per genitivum, qui principalis casus est aliorum et a quo derivatio fit nominum, ostendit. — Interrogat discipulus: O magister, **quaecumque nomina fuerint terminata** i.e. finita a **vel o** litteris in ablativo casu singulari genitivum pluralem **in quid mittunt** i.e. in quam terminationem vel in quem finem exire faciunt? Magister: **In rum, dativum et ablativum in is**, ut *ab hac Musa*, addita *rum* fit *harum Musarum*, *ab hoc docto*, addita *rum horum doctorum*, *his et ab his Musis*, *his et ab his doctis*. Ecce prima et secunda declinatio. — D. O magister, **quaecumque nomina fuerint terminata** i.e. finita **e vel i vel u** litteris in ablativo casu singulari genitivum pluralem **in quid mittunt** i.e. in quam terminationem vel in quem finem? Hic comprehen-dit tertiam et quartam et quintam declinationem. M. Si *e* littera **correpta fuerit**, ablativus sic terminatus facit pluralem genitivum **in um**, ut *ab hoc patre*: *horum patrum*. Cum dicit *e* correptam, comprehendit tertiam, quia quinta in *e* productam facit ablativum. Cum dicit *i*, comprehendit eandem tertiam. Cum dicit *u*, comprehendit quartam. Omnia nomina tertiae declinationis ablativo casu *e* terminata corripiuntur, excepto uno quod est *fame*, quia apud antiquos quintae declinationis erat et tantum ablativus productus apud nos remansit. Si *e* producta fuerit terminatus singularis ablativns, **in rum** facit genitivum. Hic comprehendit quintam, ut *die dierum*; si *i* fuerit, **in ium**. Ecce rursus comprehendit tertiam, ut *puppi puppium*; si *u* fuerit, **in uum** geminata *u* littera, ut *manu manuum*. Hic quartam comprehendit. — [36] D. interrogat: O magister, **dativum et ablativum in quid mittunt?** M. **In bus omnia**, ut *his et ab his patribus*, *his et ab his puppibus*. Posterior pars navis dicitur *puppis*, sicut *prora* anterior, inde *proreta* dicitur qui in rostro navis sedet; *his et ab his manibus*, *his et ab his diebus*. Nomina primae et secundae declinationis

in *is* terminant dativum et ablativum pluralem, tertiae vero et quartae et quintae in *bus*. Sed sciendum quia in his declinationibus multa contra regulam inveniuntur causa differentiae, quae in maiore arte plenius exponentur.

## DE PRONOMINE.

Pronomen quid est? Pars orationis, quae pro nomine <sup>357,</sup> posita tantundem paene significat personamque interdum recipit.

[37] Post expositum nomen consequenter etiam quid sit pronomen diffinire incipit. D. O magister, **quid pronomen est?** *Quid* substantiam rei i. pronominis inquirit. M. **Pars est orationis** i. una species latinitatis, antonoma (l. *ἀντωνυμία*) graece, pronomen latine. *Pronomen* dicitur eo quod pro nomine ponatur i. loco nominis constituatur. Primum enim praecedit nomen, deinde subsequitur pronomen. Sicut enim pro consul loco consulis, ita et pronomen loco nominis ponitur. Inventum est autem ad hoc pronomen, ut repetiti nominis fastidium tolleret et ornamentum orationis afferret. Nam si diceremus: 'Virgilius scripsit Bucolica, Virgilius scripsit Georgica, Virgilius scripsit Aeneida', talis constructio fastidium gigneret. Sed cum dicimus: 'Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit Georgica, idem et Aeneida', et repetitio nominis tollitur et ornamentum dictionis affertur. **Quae — subauditur pars — pro nomine posita** i. loco nominis constituta

<sup>2</sup> Sed sciendum . . .] *Sententia sic amplificata est in z:* 'multa inveniuntur nomina istis regulis non subiacentia, que donatus rudibus scribens hic non commemorat. Sed studiosus lector non solum hec que hic desunt, sed et omnia que ad grammaticam pertinent, plenissime ae diligentissime conscripta inveniet in Prisciano.' *In fixe huius § 36 cod. M, quae solus initio § 35 exposuit, aliis verbis cum ceteris libris repetit*

§ 37. 12 antonoma *MM<sup>2</sup>P* idem graecis litteris parum distinctis *P<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* 16 pro consul] vice comes loco comitis vel procons. *P<sup>2</sup>* 18 repetiti] repetitio *M* 20 Georgica] i Georgica *P<sup>2</sup>*

**tantundem paene significat** i.e. tantum, quantum et nomen. *Tantundem* adverbium est quantitatis, et est compositum ex *tantum* et *idem* vel ex *tantum* et *demum*. *Paene* est prope. Quaeritur cur dicit *tantundem paene* et non absolute *tantum*? Quia nomen plenam substantiam significat cum qualitate, pronomen vero personam sine qualitate. — [38] **Personamque interdum recipit** i.e. aliquando. *Interdum* adverbium est temporis. *Interdum* dicit, non *semper*, quia sunt quaedam pronomina secundum Donatum, quae non demonstrant personam, sed potius inquirunt. Propter infinita pronomina hoc dixit: *quis quae quod qualis* et rel. Priscianus vero omnia pronomina finita esse dicit duobus modis, demonstratione et relatione: demonstratione, ut *hic*; relatione i.e. reportatione, ut *is*, eo quod supradictam personam reportat ad memoriā, ut: ‘*Virgilius scripsit Bucolica, is scripsit et Georgica*’. Sciendum autem quod secundum Priscianum XV sunt pronomina: VIII primitiva i.e. *ego tu sui ille ipse iste hic is* et VII derivata: *meus tuus suus noster vester nostras vestras*, quae a genitivis primitivorum derivantur. Ergo *quis qualis* et alia supradicta rationabilius nomina sunt dicenda quam pronomina. Sed Donatus non ignorantia, sed amore magistri sui Didymi deceptus ea propter declinationem inter pronomina annumeravit. Sed declinatio partem mutare non potest. Si enim posset, multa nomina fuissent pronomina et iterum multa pronomina computarentur inter nomina.

[39] Hoc loco consideranda diffinitio. Diffinitio, sicut superius dictum est, a genere incipit et per species ad proprium tendit. Cum ergo dicit ‘pronomen est pars orationis’, generale eius demonstrat cum ceteris partibus. Pars enim nomen et pronomen et verbum; sic et reliqua.

<sup>1</sup> quantum et nom.] post haec ordo verborum nonnihil turbatus est in *M*

§ 38. 14 hic *PP<sup>2</sup>* ego tu ille *MM<sup>2</sup>* 23 Didymi] errantibus, qui ei primum grammaticam tradidit z

§ 39. 29 superius] § 17

Cum autem subiungit 'quae pro nomine posita', ipsius speciem pronominis consequenter manifestat. Non solum enim pronomen loco nominis ponitur, sed etiam adverbium et participium: adverbium, sicut est 'mane novum' vel 5 ut Persius in quarta satirarum:

Iam cras hesternum consumpsimus. Ecce  
Egerit hos annos. [aliud cras.

Quando adverbium genus nominis recipit, ponitur loco nominis. Participium quoque pro nomine ponitur, sicut 10 *legens* pro *lectore*. Venit ad proprium cum subinfert 'personamque interdum recipit'; hoc enim eius est proprium, ut personam recipiat i.e. ostendat.

[40] Postquam diffinivit substantiam, venit ad accidentia. D. **Pronomini quod** accidentunt? M. Sex. Quae? 15 Nomina accidentium interrogat. Qualitas genus numerus figura persona casus. D. Qualitas pronominum in quo est? i.e. in quo iure vel in qua lege consistit? M. Duplex est: Bipartita est i.e. bis partita, in duabus partibus divisa. Aut enim finita sunt pronomina i.e. 20 circumscripta, ut *ego*, *tu*, *ille*. Nam cum dico *ego*, meam personam circumscriptam ostendo. Sic et *tu* et *ille*, dum praesens est; dum absens, minus quam finita. Aut in-

4 sicut est *mane novum*.] sic est. *Mane novum* *M* pr. sicut est novum *M<sup>2</sup>* *Verg. Georg. III* 325 vel] addidi 5 *Persius*] *Sat. V* 68 sq. in quarto *M<sup>2</sup>* corr. z 6 ecce *MM<sup>2</sup>* en z 10 Venit-ostendat] proprium vero exprimit cum subinfert 'tantundem pene significat' i.e. quantum et nomen: hoc eius est proprium. Quod vero sequitur 'personamque interdum recipit', confundere (profund.) videtur diffinitionem, quia non est proprium pronominis, sed speciale. nam et verbum personam habet. rectius ergo sic diffiniret: 'pronomen est pars orationis personam recipiens et pro nomine posita tantundem pene significans' z *Quae § 39 tractantur, initio § 37 exponuntur in z, sub finem eiusdem in M<sup>2</sup>.* Eum vero locum, quem § 38 continet, aliter tractat *M<sup>2</sup>*, similemque variationem habet *M* post § 39

§ 40. 18 duabus part.] duas partes x 20 circumscripta *M<sup>2</sup>* sex partibus corporis circumscr. *M* certa, determinata, sex partibus corporis descripta, videlicet supra infra ante retro dextra sinistra *P*

**finita** i.e. indeterminata, incircumscripta, quae nullam accipiunt personam, ut 'quis vir fecit? quae mulier?' inquirunt substantiam, sed non ostendunt. Ideo melius est, ut nomina sint secundum Priscianum, quam pronomina secundum Donatum.

, 7, 8 [41] D. O magister, genera pronominum quot sunt? M. Eadem fere quae et nominum i.e. prope eadem sunt pronominum, quae et nominum. Quaeritur cur dixit fere et non absolute eadem. Videlicet propter epikoenon genus, quod non invenitur in pronomine. Ideo enim epikoenon genus in pronomine non invenitur, quia si feceris constructionem ex fixo nomine et adiectivo et pronomine, antequam pervenias ad pronomen, per adiectivum intellegis, cuius generis sit fixum. Verbi gratia 'aquila magna est ea, quae hodie in partes Orientis volabat': aquila fixum est, magna adiectivum, ea pronomen. — **Masculinum**, ut *quis*, **femininum**, ut *quae*, **neutrūm**, ut *quod*, **commune**, ut *qualis talis*: *qualis* et *talis* communia sunt, quia sicut dicitur de viro *qualis*, ita de muliere dicitur *qualis*. **Trium generum**, ut *ego tu*: quia sicut vir dicit *ego*, ita et mulier *ego*, ita et *mancipium ego*. Similiter *tu vir*, *tu mulier*, *tu mancipium*. — Quaerendum est, cur prima et secunda persona neutrūm habeant genus, cum masculus et femina tantum inter se loquantur; tantummodo enim sermo inter marem et feminam seritur. Quia sunt quaedam propria nomina virorum ac mulierum, quae neutro genere inflectuntur, sicut sunt *Basion Leontion* et *Heliconion*: ecce virorum nomina; *Dorcium Eustachium* feminarum. — *Ego* iisdem litteris clauditur apud Graecos, quibus et apud nos; *tu*,

2 mulier] fecit? quod mancipium fecit add. x 5 sec. Donatum] post haec verba in MM<sup>2</sup> eadem nonnihil mutata recurrunt, quae supra (§ 38) iam dicta et post § 39 in M reperita sunt

§ 41. 12 nomine et x maxime et epikoenon et M maxime epiceñ et M<sup>2</sup> 29 Dorcium Eust.] Dorcion Eustochion M<sup>2</sup> Dorcium et Eustachium F

secunda persona; mutat unam litteram et facit su (l. σύ), ille graece autos (l. αὐτός).

[42] Numeri pronominalium quot sunt? Duo. Qui? <sup>557</sup>

Singularis, ut hic, pluralis, ut hi. Figurae pronominalium quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut quis, composita, ut quisquis. Quisquis compositum est ex duobus nominativis, ideo et declinatur ex utraque parte ita: quisquis, cuiuscuius; similiter ceteri casus; quisquis i. quicunque. — Personae pronominalium quot sunt? <sup>557</sup>

Tres. Quae? Prima, ut ego, secunda, ut tu, tertia, ut ille. Sono sonas verbum componitur et facit persono personas: ne videretur verbum imperativi modi, circumflectitur in nomine et dicitur persona. Persona dicitur eo quod per se sonat. Dicitur autem graece *prosopa* (l. πρόσωπον): pros ad, opa (l. ὄπα) facies. Inde persona dicta, quia ad faciem apponebatur. Invenitur autem prisco tempore concessum fuisse histrionibus, ut quibuscunque in comoediis et tragoediis publice insultarent. Deinde volentes aliquem irridere assumebant larvas et apponebant sibi ad faciem. Sic quaecunque volebant repreäsentabant, Hecubam videlicet vel Priamum. Quod cum potentioribus quibusdam displicuissest, iussum est ut haec superstítio penitus abdicaretur. Ergo iuxta diffinitionem soni dicta est persona a concavitate larvarum, quoniam, quo maior erat concavitas, eo et prolixior reddebat sonus. Secundum vero substantiam persona est individua unius rei repreäsentatio. — Est ergo prima

§ 42. Lemma om. *M<sup>2</sup>*, etiam praecedentia (inde a § 41 med.) om. *PP<sup>2</sup>* 14 sonat] id est per se sonando se ipsam ostendit (demonstrat) add. x prosopa] prosopo *M* prosoppa *M<sup>2</sup>* *ΠΡωCωΠωC* i. ad faciem *P<sup>2</sup>* 15 pros-facies] pro enim grece, latine ad dicitur, sopos facies *P ΠΡωH* ad dicitur lat., *CωPωC* facies *P<sup>2</sup>* 17 quibuscunque] quibusc. vellent *P<sup>2</sup>* quibusc. locis vellent *P* 21 Hecubam-Priam.] ecubam vel pr. *M<sup>2</sup>* ut est eccube (persona hecuba) cremetis et ceterorum x 26 Secundum vero . . . persona proprie est nature rationalis individua substantia *F* 27 unius rei] cuiusque rei unius *M<sup>2</sup>* uniuscuiusque rei *E*

persona, quae de se ipsa loquitur, *secunda*, ad quam loquitur prima, *tertia* vero, de qua prima suum sermonem dirigit ad secundam.

<sup>13, 14</sup> [43] Casus item pronominum quot sunt? Sex, quemadmodum et nominum. Item dicit, quia iam dixerat casus in nomine. Per quos casus inflectuntur i. moderantur et inclinantur **pronomina omnium generum** hoc modo. Ego pronomen est **finitum** i. determinatum, quia, qui dicit *ego*, in praesentia est. Generis **omnis**, quia per tria genera currit. Numeri singularis figurae **simplicis personae primae casus nominativi** . . . Sciendum quia nullum pronomen habet vocativum nisi secunda persona primitivi, quod est *tu*, et prima persona possessivi, quod est *mi*. Ergo prima persona non habet vocativum; nemo enim se potest vocare nisi per prosopopoeiam (l. προσωποποιίαν) i. per conformatiōnem personae, cum videlicet introducitur aliquis ad se loquens, sicut Dido:

Infelix Dido, nunc te facta impia tangunt;  
et sicut in Terentio amans loquebatur:

Quid igitur faciam?

<sup>57, 17</sup> [44] Ego lego, mei vel mis servus, mihi dedit,  
me laudat, a me accepit; et pluraliter nos. Cum

2 vero *P* quoque *ME* de qua] ad quam *E* 3 ad secundam]  
cum sec. *M<sup>2</sup>F* om. *E*

§ 43. 12 Sciendum] ante sciendum spatiū *vacuum* est in *M*; fortasse pars lemmatis ('quod declinabitur sic') omissum est. casus nominativi ideo dicitur, quia . . . *M<sup>2</sup>* 14 *mi*] *mi* vel noster *P* meus vel noster *P<sup>2</sup>E* Ergo *M<sup>2</sup>* ego *M* 16 prosopop.] prosopopēiam *M* prosopēiam *M<sup>2</sup>* (nisi . . . sit) ΠΡΟΣΩΠΟΠΕΙΑ ΕΠΡΩΤΗΝ ΥΑ *P<sup>2</sup>* idem litteris partim graecis partim latinis expressit *P* 17 introd. . .] aliquis figurate ad se ipsum quasi ad alium loquitur *x F* 18 Dido *MM<sup>2</sup>* Virgilius *x Aen. IV* 596 19 facta *MP<sup>2</sup>E* fata *PF* tenuata (?) *M<sup>2</sup>* 20 in Terent.] in terencio *M* terentius *M<sup>2</sup>* sc. *Eunuch. init.* amans] sc. *Phaedria adulescens* 21 igit. fac. *M* ergo faciam *M<sup>2</sup>* exemplum non videtur huc pertinere

§ 44. 22 Ego l.] ego lego, quod dicitur grece Εἰ μὰ μὲν νόκο (l. ἐγὼ ἀναγινώσκω) *F*

pluraliter dicitur *nos*, iam prima persona sociat se cum aliis et dicitur *nos legimus*. **Nostrum vel nostri** libri sunt isti, **nobis** dedit, **nos laudat**, o **nos** fratres legamus! Hic casus est potius hortativus quam vocativus, nam hortatur quasi socios. **A nobis** acceperunt. *Ego* quondam per se singulare erat sine pluralitate, similiter *nos* plurale erat sine singularitate. Tractum est autem a maiestatibus vel potestatibus, quibus familiaris mos est pluraliter loqui, ut 'decrevit nostra maiestas'. — **Per-<sup>357</sup> sonae secundae generis omnis** etc.: *Tu legis*, *tui vel tis* liber est, *tibi dedit*, *te laudat*, o *tu frater veni*, a *te accepi*; et **pluraliter vos legistis**, **vestrum vel vestri** libri sunt, **vobis dedit**, **vos laudat**, o **vos** fratres venite legite, **a vobis accepi**. — Tertia persona per tria genera currit, ut *ille illa illud*. *Ille*, quod graece dicitur autos, varias in se habet significaciones, ut *ille et ille*. Iungitur etiam primae personae, ut  
*Ille ego*, qui quondam gracili modulatus avena.  
Iungitur et secundae:

Tune ille es Eneas . . . ?

*Ille frater legit, illius liber est, iste illi dedit, illum<sup>357</sup> laudo, ab illo accepi; et pluraliter illi studiosi sunt, illorum libri authentici sunt, illis demus honorem, illos laudo, ab illis accepturi erimus sapientiam. Similiter feminini generis, ut illa doctrina laudabilis est, illius regulam servo etc. Generis neutri, ut illud dogma grammaticum est, illius dogmatis regula directum est etc. Sciendum est tamen, quia prima et secunda persona sin-*

5 Ego-maiestas] haec verba cum F huc transtuli; in ceteris codicibus paulo post sequuntur 16 autos] authum vel authonas P A YΘωC P<sup>2</sup> 18 Ille ego . . .] Verg. Aen. I init. 20 Tune . . .] Verg. Aen. I 617 tune es ille enea, qui dardanio anchise P<sup>2</sup> num sic olim scandebant: ēs ēnēā? 21—24 Ille-similiter F om. M in M<sup>2</sup> lacuna est 25 feminini-direct. est etc.] M<sup>2</sup> solus (similiter) et per femininum et neutrum potest inflecti F 28 Sciendum-quia] plurimum movet (me) cur x nec hoc scrupulo caret, ymmo plurimum movet quare F

gulas habent voces, tertia autem sex: *ipse ille iste hic* is et *sui*. Ideo autem prima et secunda unam tantum habent vocem, quia semper praesentes sunt, tertia autem ideo sex habet voces, quia aliquando absens aliquando praesens est, aliquando prope aliquando longe, aliquando relativa aliquando demonstrativa.

357, 25 [45] **Minus quam finita** et cetera. Minus quam finita dicuntur, quia non sunt ex toto finita. Cum enim de praesenti dicitur *ipse*, finitum est, quando de absente dicitur, minus quam finitum. **Ipse** legit, **ipsius** hominis liber est iste, **ipsi** homini dedi, **ipsum** hominem laudo, ab **ipso** homine accepi; et pluraliter **ipsi** homines legunt, **ipsorum** hominum liber est iste, **ipsis** hominibus dedi, **ipsos** laudo, ab **ipsis** hominibus accepi. Sic de feminino et de neutro constructio facienda est. Sciendum est quoque, quod pronomina, quae in *e* et *is* finiuntur, neutrum in *d* terminant, excepto *ipse*, quod *ipsum* facit servans ex antiquitate neutrum. Antiqui enim *ipsus ipsa ipsum* dicebant. Sed mutato in masculino genere propter euphoniam nominativo, in *um*, ut apud antiquos, servatur:

357, 30 **Item minus quam finita . . . Item** dicitur, quia saepe haec pronomina repetit. **Minus quam finita** dicuntur, quia non sunt ex toto neque perfecte finita. Quando enim de cognito vel de praesenti dicuntur, finita sunt. Cum vero de incognito vel absenti, infinita sunt:

357, 35 **Iste** legit et cetera. — **Item articulare praepositivum vel demonstrativum** et reliq. Articulare pronomen dicitur ab articulis, quia pro articulis ponitur. Graeci partem articulorum habent, quam nos non habemus, et

3 praesentes sunt] finite sunt et mutuo semper presentialiter sermocinantur *PP<sup>2</sup>E* 5 aliquando (prope)-aliquando] modo-modo *xz*

§ 45. 7 Minus q. fin. (sc. *ipse ipsa ipsum*) — 10 finitum] in *MM<sup>2</sup>* haec verba parum apte inserta sunt ante sciendum p. 35 v. 28 15 Sciendum-neutrum *M<sup>2</sup>F om. ceteri* 21 minus q. fin.] sc. *iste ista istud* 26 Item artic.] sc. *hic haec hoc* 29 partem art. *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>EF* unam p. a. *P* pro una parte articulos *M*

in ultimo eum ponunt, ubi nos interiectionem. Sed pro illis articulis nos pronominibus utimur. Praepositiva dicuntur, quia semper praeponuntur, ut *hic* et *haec* et *hoc*, licet aliquando supponantur, ut Virgilius:

Hic vir hic est tibi quem promitti saepius audis.

Sciendum quia *hic* et *haec* et *hoc* in demonstratione pronomina sunt, in declinatione vero articuti. Demonstrativa dicuntur, quia rem praesentem demonstrant, ut *hic homo*. *Hic* autem, quando pronomen est, corripitur, quando adverbium loci, producitur, ut 'hic vir hic est tibi'. Oritur autem hoc loco quaestio, cur reliqua pronomina dativum in *i* terminant, pronomen vero, quod est *hic*, in *c*. Sed hoc ideo quia, si diceremus *hui*, putaretur esse interiectio dolentis.

[46] Item subiunctivum vel relativum . . . Sub-<sup>358, 3</sup> iunctivum dicitur, quia semper subiungitur, ut est: 'Aeneas filius Veneris **is** est qui vicit Turnum'; praecedit enim nomen et subsequitur pronomen. Relativum dicitur i. reportativum, quia reportat nomen ad memoriam, ut: 'Dominus Iesus **is** est qui vicit mundum, **eius** doctrina instructi sumus, **ei** damus laudem et honorem, **eum** laudamus, **ab eo** instructi sumus'; et pluraliter: 'Sancti Apostoli qui secuti sunt Dominum, **ei** sunt qui nos docuerunt credere Christum, **eorum** doctrina instructi sumus, **eis** honorem debemus, **eos** laudamus, **ab eis** docti sumus'. Sic per reliqua. Generis feminini: 'Sancta Maria **ea** est, quae genuit Dominum salvatorem, **eius** prole saluti sumus, **ei** honorem debemus, **eam** laudamus, **ab ea** auctorem vitae accepimus'; et pluraliter: 'Sanctae mulieres, quae Dominum a Galilaea secutae sunt, **eae**

1 in ult.] loco add. *M<sup>2</sup>P* 4 Virg.] *Aen. VI* 791 videtur grammaticus poetae verba sic intellexisse: 'hīc est tibi vir hic quem . . .

§ 46. 15 Item subiunct. . . ] sc. *is ea id* 18 Relativum-memor.] *hoc enuntiatum in M traiectum est in finem huius §; deest in M<sup>2</sup>*

sunt, quae nobis fidem dederunt, earum sermone inbuti sumus, eis laudem debemus, eas laudamus, ab eis exemplum fidei accepimus'. **Generis neutri:** 'Verbum, quod erat in principio apud Dominum, id factum est caro in fine temporum, eius misericordia redempti sumus, ei laudem debemus, id adoramus et glorificamus, ab eo liberati sumus. Verba, quae Dominus locutus est in Evangelio, ea sunt, quae nos instruunt ad aeternam beatitudinem, eorum admonitione repleti sumus, eis oboedire debemus, ea servamus, ab eis inbuti sumus'.

358, 7 [47] **Item infinita . . .** Infinita dicuntur, eo quod non sunt finita et quia non demonstrant personam, sed potius requirunt. Ergo melius nomina sunt, ut superius diximus. Cum dicis *quis*, non demonstras personam, sed potius requiris, ut: 'quid homo fecit?' *Quis* et *qui* duo nominativi sunt, sed hoc distat, quoniam *qui* pro *quis* ponitur, *quis* pro *qui* nusquam, sed tantum interrogativum est, ut: 'Quis legit heri? Ipse qui et hodie'. — 'Quis vir fecit hoc? cuius viri est iste filius?' — Et sciendum quia *quis* apud antiquos et secundae et tertiae declinationis erat: unde de secunda habemus *quo* et *quis*, de 358, 13 tertia *qui* et *quibus*. — **Item possessiva finita ad aliquid dicta ex utraque parte singularia . . .** Possessiva dicuntur, quia possessionem demonstrant, ut 'meus ager et liber'; finita, quia rem praesentem demonstrant: qui dicit *meus*, in praesentia est. Ad aliquid dicta i. ad aliquid se habentia, quia praeter se aliud demonstrant. Non enim plenum est, cum dicis *meus*, sed adhuc pendet quoadusque addas *equus* aut *liber* aut *servus*. Habet etiam vocativum; possessor enim vocat suam possessionem: 'o fili mi!' Ex utraque parte singularia i. ex parte possessoris et ex parte possessionis. Nam hoc pronomen duas habet personas, unam possessoris in-

ST. § 47. 11 [Item inf.] sc. *quis (qui) quae quod* 13 [superius]  
 § 37 [hoc distat] in hoc distant *M<sup>2</sup>* 31 [fili mi] interpolata  
 dentro b. l. in *M* et *M<sup>2</sup>*, quae iam supra (§ 37) exposita sunt

trinsecus, ubi generis omnis est, et aliam possessionis extrinsecus. Intrinsecus ex parte possessoris trium generum est, sicut et primitivum eius *ego*; sicut enim dicit vir ‘meus’, ita et mulier et mancipium. Extrinsicus vero iam distinguunt secundum genus possessionis, et est mobile: *meus mea meum*. Notandum est autem quia antiqui declinabant *mius*, et inde remansit *mi* vocativus. — Per-<sup>358, 1</sup> sonae secundae . . *tuus* . . *Tuus* possessivum derivatum est a *tu* vel *tis* primitivo. Similiter *suis* derivatum est a *sui*, quod est sine nominativo. — Item possessiva<sup>358, 2</sup> finita ad aliquid dicta ex altera parte pluralia . . . ut *noster*. Ex altera parte pluralia i.e. ex parte possessoris, et ex parte possessionis singularia. Verbi gratia nos sumus plures et habemus unum equum, et dicimus ‘noster equus’.

[48] D. Da horum composita i.e. dic mihi, sicut<sup>358, 4</sup> accipe pro audi, ut est illud:

Accipe nunc Danaum insidias et crimen ab uno.

D. Quia dixisti simplicia, dic et composita. Simplicia sunt *ego*, *tu*, *ille* . . . **Egomet** compositum est secundum Donatum; secundum vero Priscianum *met* adiectio syllabica est. Nam verba composita resolvi possunt in duo intelligibilia, verbi gratia *municeps* compositum est et resolvitur in duo intelligibilia i.e. *munera capiens*, quod *egomet* non facit: *Ego* aliquid est, *met* vero nihil aliud est nisi adiectio syllabica. Declinatur *ego* ex parte nominativi et *met* indeclinabiliter per omnes casus currit: *Egomet* *lego*, *meimet* vel *mismet* liber iste. Sic cetera. Et pluraliter *nosmet* legimus. Genitivus autem non facit *nostrimet* et *nostrummet*, ne videatur *met* esse possessio. — **Tutemet**

5 mobile-meum] mob. in us in a in um PE; inde lepide P<sup>2</sup>: mobilissimus mobilissima mobilissimum 12 ut noster] post haec repetuntur in M et partim in M<sup>2</sup>, quae paulo ante explicata sunt

§ 48. 17 illud] Verg. Aen. II 65 cf. Serv. ad Aen. I 676 18 crimen libri mei omnes ab uno] ab illo M<sup>2</sup> 22 verba compos. . . ] cf. § 29 med. 30 met esse F esse MM<sup>2</sup>

**vel tute** non facit *tumet* in nominativo, ne verbum putetur esse. *Vosmet; vestrum* vel *vestri* non recipiunt *met*. Similiter **illic** compositum est ex *ille* et *hic*, **istic** ex *iste* et *hic*. Ista sunt adverbia loci. *Illicine* ex *ille* et *hicine* pro *illincne*: ‘*Illicine* est frater tuus?’ pro *illincne*. *Isticine* ab *iste* et *hicine*, ut: ‘*Isticine* est, de quo dixisti mihi?’ pro *isticne*. *Hicine* pro *hicne*, sicut in libro Regum legitur: ‘*Hicine* est, qui ingreditur domum nostram?’ pro *hicne*. ‘*Haecine* reddis Domino?’ pro *haecne*. Et sic *sicine*, unde dicitur: ‘*Sicine* separat nos amara mors?’ 10 pro *sicne*. [49] **Idem** in **masculino genere** produc-tum in **neutro corripitur**, et est compositum ex *is* et *demum*. Probemus et hoc per exempla de masculino:  
*Vivo* nocendo quidem, sed me manet exitus idem.  
 Dicemus et exempla Virgilii. Quando masculinum est, 15 producitur, sicut est:  
*Idem* ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.  
 Quando neutrum, corripitur, ut:  
*Esset* par aetas et *idem* si robur in annis. —  
*Et mortale* hoc corpus *idem* immortale resurget. 20

---

4 adverbia] *Donatus* non de adverbiosis *illic istic*, sed de pronominiibus *illic istic* loquitur et *hicine* *M<sup>2</sup>EF* et *hiccine* *P* et *icine* *M* et *iccine* *P<sup>2</sup>* 7 in l. Regum] *I* 21, 15 ‘*hicine* ingredietur domum meam’ (*vulg.*) 9 *Haecine*] *Deuteronom. 32, 6* 10 *sicine*] *I Reg. 15, 32* 11 pro *sicne*] hec adverbia sunt loci add. *MM<sup>2</sup>F unum* ‘*sicine*’ adverbium est, non loci sed modi. *Ceterum exemplorum allatorum ordo in libris varie turbatus est.*

§ 49. 14 *Vivo . . . ] ‘Aenigmatis versus esse videtur’* (Hagen). *Re vera-quod C. Weyman, vir doctissimus, benigne me docuit — simillimus est versus aenigmatis, quod de vipera scripsit Symphosius* (*Poet. lat. min. rec. Baehrens IV* 366): ‘*Occidi matrem, sed me manet exitus idem.*’ *sed me]* si me *P<sup>2</sup>* 17 *Idem amb. . . . ] Verg. Aen. IV* 679 *eadem hora]* ad ora *M<sup>2</sup>* *In xx non hic, sed alius citatur versus Verg. Ecl. III* 101: *Idem amor exitium pecori* (*pecorum P*) *pecorisque magistro* 19 *Esset par. . . . ] Verg. Aen. XI* 174 *in annis]* *omnes libri praeter E* (*qui habet in armis, si recte legit Hagen*) 20 *Et]* *coniunctionem Hagen a versu separat* (et: *mortale . . . )* *hoc F om. ceteri immortale res.]* *et mortale res. M mort. res. P<sup>2</sup> mort. surgit M<sup>2</sup>*

**Quisquis** compositum est ex duobus nominativis, et ideo declinatur ex utraque parte, ut: *quisquis cuiuscuius cuicui* et *reliq.*; **quisnam** ex *quis* et *nam*; **quispiam** componitur ex *quis* et *piam*; **aliquis** ex *alius* et *quis*: *alicuius alicui*. Sic per omnia genera dicitur.

## DE VERBO.

[50] **Verbum quid est? Pars orationis.** Interro-<sup>359, 4</sup> gatio discipuli: O magister, *quid est verbum?* M. *Pars orationis* i. una species latinitatis. Verbum dicitur a verberando i. a feriendo, eo quod verberato aere plectro que linguae formetur; aer enim intra septa oris plectro linguae i. revolutione percutitur et ita verba formantur. Dicitur etiam verbum a vere boando i. vere sonando. Quod si ita est, tantum verba dicuntur, quae vera sunt. Verba quoque possunt appellari ceterae partes, sicut dicimus: 'Verbum fecit hodie beatus Augustinus'. Dicuntur etiam et *nomina*, sed raro, ut Virgilius:

Fata canit foliisque notat et nomina mandat.

Haec autem pars specialiter hoc nomen sibi vindicat, quia sine locutione verbi plena sententia esse non potest, et eo quod dignior sit aliis et prolixiores habeat declinationes, et in nostra collocutione frequentius ponitur, ut est illud: 'eo ad forum et volo videre amicum'. **Cum**

---

1—5 quisquis-dicitur] *om. xz*; *M<sup>2</sup>* vero add.: 'Donatus dicit compositiones esse nam piam, sed melius est ut adiectiones dicantur iuxta servium, qui eas vocat stultas et inutiles, quia nihil significant.' *Attamen cf. Serv. ad Verg. Aen. I 207*

§ 50. 9 Verbum dic.] *cf. § 13 fin.* 10 i. a feriendo *xz* vel verbum dicitur *M* vel verbum quasi vere bonum *M<sup>2</sup>* 13 Dicitur et. verb.] vel secundum (sanctum) Augustinum verb. dic. *xz* 'August. dial. p. 9, 13 ed. Crecelius; cf. Keil. in ann. phil. Fleck. 1859 p. 155' (Hagen) 16 beatus Aug.] episcopus ad populum, cum non de solis verbis sit locutus *xz* 17 etiam et *M* partes et *M<sup>2</sup>* Virg.] Aen. III 444 18 Fata can. *F om. M* 19 vindicat *M<sup>2</sup>* possidet *x* 23 amicum] *de sententia h. l. addita in MM<sup>2</sup> v. infra § 51 fin.*

**tempore et persona:** haec duo semper in verbo simul iunguntur. Nec enim tempus sine persona nec persona sine tempore stare vel esse possunt. Ubi tempus enim fuerit, ibi et persona, ut *lego* praesens tempus et prima persona. Et notandum quia Priscianus personam non recipit in verbo, quia non est generale accidens. Sunt enim verba impersonalia, quae personas non habent.

[51] **Sine casu.** Bene dicit *sine casu*, quia sunt quae-dam elocutiones, quae fiunt per infinitum modum, in quibus videtur esse casus, ut est *meum scire* pro mea scientia, *meum legere* pro mea lectione, ut Persius:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciatur alter.

Infinitivus enim modus in his vim nominis retinet. Solemus etiam dicere: 'da mihi bibere' i.e. potum: quod dicitur graece δός μοι πιεῖν. Πιεῖν autem bibere significat, hinc *pitisso* sive *potor* *potaris* dicitur. Sed hoc nos non recipimus. — Quinque genera Donatus in sequentibus commemorat i.e. activum et passivum, neutrum, commune et deponens, quae hic breviter ostendit, cum dicit: **aut agere aliquid aut pati aut neutrum significans.** 20 Iungitur autem ita: *Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu significans aut agere aliquid i.e. actum, ut lego, aut pati significans i.e. passionem, ut legor, aut neutrum significans i.e. nec actum nec passionem, ut sto.* Cum ergo dicit **aut agere aliquid**, comprehendit activum et medietatem communis verbi. Cum vero subiungit **pati**, comprehendit passiva et aliam medietatem communis verbi. Cum dicit **neutrum**, comprehendit neutralia et deponentia. Actum sane sive passionem ostendunt verba in his, quae animata sunt, neutrum vero maxime in anima 30

§ 51. 11 Pers.] Sat. I 27 12 tuum] et enim F 13 Infin-dicere] et in evangelio xxz Ioh. IV 7 et 10 (cf. Matth. XXV 35) 15 δός μ. π. Πιεῖν] dos mi (mu) pin. Pin libri Nin (*post spatium vacuum*) F dosympīη. pyη P<sup>2</sup> 16 sed-recip.] sed donatus sine casu sixit, quia hoc non recipit x Reliquas huius § sententias codices alii alio ordine dispositas exhibent, nullus eo, qui satisfacere possit

carentibus ponitur. Neutrale autem verbum dicitur, non ut aliquid non significet, sed utrumque non significat. Nam cum activam habet significationem, relinquit passivam, ut *facio ambulo*, cum vero passivam, dimittit alteram, ut *fio* passivum habet sensum, et, ut quidam volunt, passivum est *fio* solum desinens in *o*, cuius activum est *facio*. Verbi gratia ‘*facio te*’, et tu respondes ‘*fio a te*’. — Generalitas verbi in eo, quod est pars orationis; specialitas, quod cum tempore et persona sine casu; proprietas vero in actionis vel passionis vel neutri significatione.

[52] Post diffinitam substantiam verbi venit ad accidentia. **Verbo quot accidunt?** i.e. quot accidentia habet verbum? **Septem:** numerum diffinit. **Quae?** nomina requirit. **Qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona.** Qualitas dicitur in verbo eo quod quale sit illud verbum demonstret, activum an passivum, commune an deponens. Coniugatio dicitur quasi colligatio, eo quod sub una regula veluti sub uno iugo multa verba coniungat. Est autem coniugatio inclinatio quae-dam vel affectus animi. *Iugo iugas* simplex est, *coniugo coniugas* compositum. Inde venit coniugatio; inde coniugatas dicimus mulieres. Idem est coniugatio quod et coniunctio. Genus dicitur a generando, eo quod unum genus generetur ab altero. Activum generat ex se passivum assumpta *r*; rursus passivum generat activum dempta *r*. Numerus dicitur a numerando, sicut antea praediximus. Figura dicitur a fingendo, ut in nomine dictum est. Persona dicitur eo quod per se sonat. **Qualitas verborum in quo est?** i.e. in quo iure vel in qua potestate consistit vel sita est? **In modis et in formis.**

---

**§ 52.** *In principio huius § M nonnulla, M<sup>2</sup> plura omisit*  
 16 *persona] que (in) suis locis (congruis) exponemus add. x*  
 18 *commune a. d.] sive neutrum x neutrum aut deponens aut*  
*commune M<sup>2</sup> quasi coll.] M<sup>2</sup>F om. M, sed cf. § 58 27 sicut-*  
*praed. M<sup>2</sup> alia de numero, quae § 19 dicta sunt, h. l. repetit M*  
 28 *figura in textu habet M, alia in margine adduntur; cf. § 19*

Qualitas verborum semper in formis et in modis constat. Si ergo interrogatur qualitas, modus et forma respondentur; verbi gratia *lego* cuius qualitatis? Indicativi modi et formae perfectae. Si interrogatum fuerit: *lectito* cuius qualitatis est? Indicativi modi, formae frequentativae. <sup>5</sup> *Lecturio* indicativi modi, formae meditativae; *calesto* indicativi modi et inchoativae formae. — Modus a moderatione dicitur vel a motione, eo quod unus moveatur in alium: indicativus in imperativum, imperativus in optativum, optativus in coniunctivum, et sic ceteri. Est autem <sup>10</sup> modus declinatio verbi. Forma dicitur ab informando, eo quod informat nos ad sensum verbi intellegendum, et <sup>359, 7</sup> est forma sensus verbi. **Modi qui sunt?** **Indicativus**, ut *lego*. [53] Indicativus dicitur ab indicando, quia per illum indicatur actus vel passio: 'Quid facis?' 'lego': <sup>15</sup> ecce actum. 'Quid agis?' 'legor': ecce passivum. Et bene primo loco ponitur, quia perfectior est ceteris. Habet enim suas personas et in nullo tempore deficit neque in sensu. Nam ille qui dicit *scribo*, perfectum sensum ostendit. Ceteri vero non solum in tempore, sed etiam <sup>20</sup> in sensu deficiunt. Qui enim imperat, ostendit non esse factum adhuc, quod iubet. Similiter et qui optat ostendit se non habere, quod desiderat. Indicativus ergo perfectus est, ut supra diximus, et ideo primum obtinet locum. Habet enim omnia tempora et omnes personas. <sup>25</sup> Modi quidem sex sunt, sed iste excellentior et perfectior omnibus. Ceteri imperfecti sunt nec ostendunt substantiam rei. Nam cum dicis *lege*, neandum perfectum est quod imperas. Similiter cum optas aliquid, imperfectum est. Cum vero coniungis verbum verbo, ut est: <sup>30</sup>

Cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito,  
neandum est illud, quod te promittis facturum. Cum ergo perfectum fuerit, quod imperasti vel quod optasti vel

<sup>7</sup> inchoativae] inchoative *P* incoative *M*

§ 53. 16 agis] ageris *M* 17 Habet-sensu x om. *MM<sup>2</sup>*  
<sup>31</sup> Cum faciam . . .] *Verg. Ecl. III 77*

quod coniunxisti, transis in indicativum et dicis *lego*.  
**[54] Imperativus** dicitur ab imperando, qui, licet deficit in temporibus et in personis — non enim habet praeteritum tempus nec primam personam — tamen ante optativum secundo loco ponitur, quia maior est qui imperat, quam qui optat. Nemo sibi ipsi potest imperare. In pluralitate vero habet primam personam; sed magis hortativa est, quam imperativa. Nam ipsa aliis iuncta socios suos admonet dicens: ‘*legamus fratres*’. Dicitur ergo imperativus ab imperando, eo quod per illum imperamus. — **Optativus** dicitur ab optando, per quem enim optamus, quod habere cupimus; et tertio loco ponitur, quia imperfectus est: eget enim adverbio optandi *i. utinam*. Habet coniuncta tempora, praesens videlicet et praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum et plusquamperfectum. — **Coniunctivus** dicitur a coniungendo et congrue quarto loco constituitur, quia imperfectior est; non solum enim eget alio verbo, sed etiam particula *i.* adverbio temporis, quod est *cum*: ‘*Cum tribularer, clamaui*’, vel ‘*cum invocarem, exaudivit me Deus*’.

**[55] Infinitivus** dicitur quasi non finitus et paene ultimus ponitur, quia nec certum numerum nec certam personam demonstrat. Unde semper accipit supplementum a verbis voluntativis, ut ‘*legere volo vis vult volumus vultis volunt*’. Subservit siquidem omnibus modis, ut ‘*studeo legere, stude legere, utinam studerem legere, cum*

**§ 54.** 6 Nemo-imperare] *ante haec verba cogitatione splenda est haec fere sententia*: ‘primam autem personam imperativus non habet, quia’ 8 hortativa] *hortativa vel deprecativa M<sup>2</sup> orativa P obtativa P<sup>2</sup>* 11 per quem enim *M E* per hunc enim *P<sup>2</sup>* quia per illum *M<sup>2</sup>F* ‘enim delere non ausus sum, quia et alia neoterice dicta in hoc tractatu occurrebant’ (Hagen) 12 optamus] *opt.* adverbio *M* 14 Habet coniuncta *t. MM<sup>2</sup>* sua tempora habet coniuncta *E* sua temp. hab. cuncta (?) *PP<sup>2</sup>* habet proprium ut coniunctis temporibus declinetur *F* 19 Cum trib.] *Psalm. 119, 1* 20 cum invoc.] *Psalm. 4, 1*  
**§ 55.** 21 paene ult.] penultimus *M<sup>2</sup>* in quinto loco *x* 23 suppl.] sublem. (*hic et v. 28*) *M*

studeam legere'; et infinitum cum infinito iunctum, ut 'video filium studere legere'; participiis quoque jungitur, ut 'studens legere'; participialibus vel supinis, ut 'causa spectandi currere equos ascendo in theatri circum, spectando currere equos, spectandum currere equos, iucundum est spectatu currere equos'; et nominibus sociatur, ut 'bonus iudicare, fortis bellare, prudens intellegere'. Et per hunc alii resolvuntur, verbi gratia: 'Lego'; 'quid dicis te facere?' 'legere me dico'. — 'Lege!' 'Quid imperavi?' 'legere te'. — 'Utinam legerem!' 'Quid optavi?' 'legere me'. — 'Cum legam, intellegam.' 'Quid coniunxi?' 'legere me intellegam'. Cuncti enim modi per infinitivum resolvuntur. — **Inpersonalis** ideo ultimus ponitur, quia imperfectissimus est. Deficit enim in personis, sed accipit supplementum a personis pronominum, ut 'legitur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis'. Hoc quoque sciendum, quoniam ex passivi tertia persona oritur modus impersonalis et sub litteratura passivi sensum activi habet, ut 'legitur a me' i.e. 'ego lego', 'legitur a te' i.e. 'tu legis', 'legitur ab illo' i.e. 'ille frater legit'. 20

<sup>359. 10</sup> [56] **Formae verborum quot sunt?** M. Quattuor. Sicut superius dictum est, forma dicitur ab informando, eo quod informet nos i.e. aptet ad sensum verbi intellegendum. D. Quae? M. **Perfecta, ut lego.** Perfecta forma dicitur, quia perfectam rem ostendit; et hoc animadvertisendum, quia haec duo semper inveniuntur in verbo et unum sine altero nusquam invenitur i.e. modus et forma. Verbi gratia *lego* indicativus modus est et forma perfecta, ut, cum dico *lego*, plenum et perfectum actum ostendo.

1 infinitum-iunctum] infinitivum infinito *M pr.* (iunctum ut *supra lineam add. corr.*) infinita cum infinitis *M<sup>2</sup>* 3 supinis] sopinis *MM<sup>2</sup>* 4 in theatri circum] circum vel theatrum *M<sup>2</sup>* 5 iucundum . . .] iocundum equos spectatum currere vel a spectatu venio *M<sup>2</sup>* 10 imperavi . . . optavi *M<sup>2</sup>* imperativi . . . optativi *M*

§ 56. 22 superius] § 52 fin. forma] que grece typus (*ΘΥΙωC P<sup>2</sup>*) add. x

— **Meditativa**, ut *lecturio*. Meditor meditaris transit in participium meditatus meditati, addita *va* fit meditativa. Meditativa forma dicitur a meditando i.e. a cogitando, ut *parturio* i.e. parere cogito: *parturire* est ante partum dolere, *parere* vero foetum emittere. *Lecturio* i.e. meditor legere; *esurio* meditor edere vel esse cogito: qui enim esurit, semper cogitat ut manducet; *micturio* meditor mingere. — **Frequentativa** forma dicitur a frequentando i.e. a saepe agendo, cum rem aliquam frequenter agimus, ut *lectito* i.e. saepe lego; *scriptito* i.e. frequenter scribo. — **Inchoativa** forma dicitur ab inchoando i.e. incipiendo, quae inchoationem i.e. inceptionem significat, ut *fervesco* i.e. fervere incipio; *calesco* i.e. calere incipio. Sciendum est, quia inchoativa verba non habent praeteritum, quoniam, quae nunc inchoamus, praeteritum habere non possunt. Iterum notandum, quia hoc verbum graecum est: nullum enim verbum latinum habere potest *o* ante *o*, sicut in hoc verbo, quod est inchoo inchoas; et venit a nomine, quod est chaos. Chaos autem primordialis confusio est quattuor elementorum, antequam secernerentur ab invicem. [57] Sciendum quod non rectum ordinem Donatus tenuit in his formis. Primum enim debuerat ponere meditativam formam, dein inchoativam, tertio loco perfectam, quarto i.e. ad ultimum frequentativam. Primum enim meditamur acturi, priusquam inchoamus, postea inchoamus, tertio inchoata perficimus, quarto in usu frequenti tenemus. Notandum vero, quia Donatus naturam imitatus est: natura enim a perfectis inchoavit. Donatus aequali modo a perfecta forma bene inchoavit. Deus enim omnia perfecta fecit: quando hominem fecit, non puerum, sed perfectum plasmavit virum in aetate triginta annorum.

18 et venit] cf. Festus s. *inchoare* 19 primordialis] primordium vel *M*

§ 57. 24 primum enim *M<sup>2</sup>* nam primule *E* nam primitus *P corr.* primum enim i.e. primule *M* 26 quarto . . .] quod ergo (autem) perfectum est *xz* postea in usum frequentando convertimus i.e. tenemus *M<sup>2</sup>*

Similiter arbores, non fructus fecit, volatilia quoque, non ova. Hanc causam considerans Donatus a perfectis initium semper sumpsit. Nominativum casum siquidem, qui perfectus et absolutus est, primo loco collocavit. Similiter positivum gradum primum esse voluit. In ordine quoque modorum *nihilo minus* indicativum modum primum constituit, quia perfectior est omnibus aliis. — Notandum quia verba meditativa quartae coniugationis sunt, ut *esurio*, inchoativa vero tertiae; frequentativa semper sunt primae.

<sup>359, 12</sup> [58] **Coniugationes verborum quot sunt?** Coniugatio, sicut dictum est, dicitur quasi colligatio. Dicta autem coniugatio eo quod sub una regula veluti sub uno iugo multa verba coniungat et retineat. — M. Tres. Donatus tres tantummodo enumerat coniugationes secundum ordinem III vocalium, quibus omnia verba adhaerent, distinguens quartam a tertia, cum dicit in tertia ‘*i correptam vel i productam*’. Priscianus vero quattuor, tertiam in *i correptam* et quartam in *i productam*. — Prima coniugatio est, **quae habet a productam ante novissimam litteram** i.e. ante *s* in **indicativo modo** in **praesenti tempore** in **numero singulari** et in **secunda persona**, quae est *amas*, in **verbo activo et neutrali**. Ideo dicitur in verbo activo et neutrali, quia uniformiter declinantur activum et neutrum. Ut enim dicimus *amo amas*, sic *sto stas*. In **passivo** verbo et in **communi et in deponenti** habet *a productam ante novissimam syllabam* i.e. ante *ris*, ut *amo amas, amor amaris*. Haec enim tria simul ponit, quia similiter declinantur. Ut enim dicimus *amor amaris*, sic dicimus *criminor cri-*

20  
10  
15  
25

1 arbores non fr. *M<sup>2</sup>* arborem cum fructu *M* arbores glandiferas non fructus *xz* 3 casum siq. q.] quippe quia *M<sup>2</sup>*

§ 58. 12 dictum est] § 52 18 vel *i productam*] discerni i. diiudicari. Quid est coniugatio? declinatio verbi add. *P<sup>2</sup>E: qui libri una cum P<sup>3</sup> et A omnia omittunt, quae usque ad finem § 59 sequuntur; P autem in hac ipsa parte multo magis quam in aliis cum M concordat*

*minaris*, quod est commune, sic *luctor luctaris*, quod est deponens; et futurum tempus eiusdem modi i. indicativi in bo et in bor syllabam mittit, ut amo amabo, amor amabor. — Secunda coniugatio e productam habet ante novissimam litteram i. ante s in activo et neutrali, quia similiter declinantur. Ut enim dicimus *doceo doces*, sic dicimus *sedeo sedes*, quod est neutrum. In passivo et in communi et in deponenti e productam habet ante novissimam syllabam i. ante ris, ut *doceor doceris*. Futurum vero eiusdem modi i. indicativi in bo et in bor desinit, sicut in prima.

[59] Tertia coniugatio est, quae habet i correptam vel i productam ante novissimam litteram i. ante s in indicativo modo in praesenti tempore in numero singulari in secunda persona in verbo activo et neutrali, quia similes sunt: sicut dico *lego legis*, sic dico *curro curris*. In passivo vero et in communi et in deponenti pro i littera e correptam habet, hoc est de tertia — non enim facit legēris —, vel i productam — subaudis *habet* — ante novissimam syllabam, hoc est de quarta. Dieimus enim *lego legis*, *legor legeris*, *audio audis*, *audior audiris*. Et futurum tempus eiusdem modi, hoc est indicativi, mittit in am et in ar, ut *lego legam*, *legor legar*, *audio audiam*, *audior audiar*. Haec i. tertia et quarta coniugatio, statim discerni i. diiudicari possunt in imperativo et in infinitivo, utrum habeant i litteram correptam an productam i. utrum sit tertia an quarta. Nam correpta i littera si fuerit, convertetur in e in imperativo et in infinitivo, et tunc tertia coniugatio est secundum Priscianum, ut *lego legis lege* facit imperativum, non *legi*, et *legere* infinitivum, non *legire*. Producta vero si fuerit, non mutatur i littera, et tunc

6 Ut enim-neutrum] haec transposuerunt MP post doceris v. 10

est quarta, ut *audio* *audis* *audi* imperativum et *audire* facit infinitivum. — D. **Quando** i. quo tempore **tertia coniugatio futurum tempus non in am tantum, sed etiam in bo syllabam mittit?** ac si diceret: ‘potest fieri, o magister, ut **tertia coniugatio** non solum in *am*, sed etiam in *bo* mittat futurum tempus’. M. **Interdum** i. aliquando cum **i litteram non correptam habuerit, sed productam** i. in quarta coniugatione, in illis (tantummodo) verbis, quae in *eo* desinunt, ut *eo is ibo* et *eam* facit futurum indicativi, **queo quis quibo** et *queam* facit similiter; sic et cetera, quae ex his componuntur.

, 33, 34 [60] D. **Genera verborum quot sunt?** M. **Quinque.** — Genera dicuntur a generando, eo quod unum generetur ab altero, sicut iam dictum est. **Quae?** M. 11 **Activa passiva neutra deponentia et communia.** D. **Activa quae sunt?** M. Quae in *o* desinunt et **accepta r littera faciunt ex se passiva**, ut *lego legor*. Activa dicuntur ab agendo, eo quod agunt et actum ostendunt, ut ‘*amo te*’, vel accusativa dicuntur, quod fere semper sibi accusativum casum construunt i. ex maxima parte accusativis copulantur, ut ‘*lego librum*’, pauca vero aliis casibus, ut ‘*benedico tibi, misereor tui*’. Et unum verbum est, quod in activa et in passiva significatione tantum ablativo iungitur, ut ‘*stipulor a te*’ i. 22 interrogate vel interrogata te. — **Passiva quae sunt?** **Quae in r desinunt et ea dempta** i. sublata redeunt in activa, ut *legor lego*. *Demo demis* facit dempsi, inde venit *demptus dempta*. Passiva dicuntur a patiendo, eo quod suam passionem demonstrant, ut ‘*amor a te*’. 23

---

§ 60. 15 dictum est] § 52 sicut antea prediximus. hec et significations dicuntur *M*<sup>2</sup> 17 Activa quae s.] in *M* primum *quinque genera a Donato modo enumerata exponuntur, deinde hae interrogations: 'activa quae sunt?' et rel. ita tractantur, ut Donati verbis nihil nisi tenuissimae quaedam explicationes addantur. Nos utrasque expositiones *M*<sup>2</sup> (et partim *F*) secuti coniunximus 20 vel accus.] vel activa *MP* 21 fere addidi*

Haec est autem causa activorum vel passivorum verborum, transitio actus. Cum enim dico 'amo te', actus meus transit in te, et tu confiteris, quod in te agitur, et dicis 'amor a te': quae rebus rationalibus et quibus natura sermonem dedit convenient. Si enim res sit irrationalis, in quam fit actus, non potest respondere id, quod in se agitur; verbi gratia si dicis 'aro agrum', ager non potest respondere et dicere 'aror a te'; similiter: 'prandeo pisces', piscis non potest respondere 'prandeor a te'. Unde illa verba, quae talibus iunguntur nominibus, quae non possunt respondere, neutra sunt. — **Neutra quae sunt?** **Quae in o desinunt**, ut **activa**, et cetera. Neutra dicuntur, non quod nihil actionis vel passionis significant, sed quia simul non utrumque significant, ut 'ambulo': ecce actum; 'rubeo': ecce passivum. Si enim significat actum, non significat passionem, ut *sedeo*; si autem passionem, actum non significat, ut *rubeo*, *vapulo*. — (**Sunt praeterea** i.e. praeter ista, quae superius dicta sunt, **neutropassiva**. Neutra dicuntur passiva, quia in praesenti declinationem habent neutram, in praeterito vero passivam, ut *gaudeo gavisus sum, soleo solitus sum* et cetera.)

---

5 inrationalis *M* irrationabilis *M<sup>2</sup>P* 13 nihil-passionis *M<sup>2</sup>* nichil non *P* nihil *M* 14 simul non utr. *M* simul nunquam utr. *P* utrumque non *M<sup>2</sup>* non sim. utr. *F* 17 rubeo vapulo *M<sup>2</sup>F* rubeo. sed hec tantum significant actionem, ut *sedeo* ambulo vivo spargo (l. *spiro*) *bibo*, neutra, sicuti vabulo passionem add. *M*, alia in aliis adduntur codicibus, quae non magis inter se cohaerent Sunt praet. . . .] haec Keilius in Donati libro interpolata esse censet. In *L* codice Leidensi addita sunt a manu secunda. In *F* duobus locis referuntur; in *M<sup>2</sup>* statim post activa sic explanantur: 'Sunt quedam neutra passiva, que in perfecto et plusquamperf. passivi declinationem habent: *audeo ausus sum, soleo solitus sum, fido fisus sum, fio factus sum et si que ex his componantur*. Sunt alia passiva neutra: *comperior comperui, mereor merui, divertor diverti*'. Num ipse Remigius ista verba in suo exemplari legerit eaque interpretatus sit, valde dubium est, quamobrem eum locum uncis inclusimus

360, 2 [61] **Deponentia quae sunt? Quae in r desinunt ut passiva et rel.** Deponentia dicuntur *νατὰ ἀντίφρασιν* .i. per contrarium, eo quod minime deponunt r litteram, vel deponentia dicuntur, quod semper deponunt participium futuri temporis, quod exit in *dus*, sicut *loquendus*. Nam si invenitur, nomen est potius quam participium, ut lo-  
 360, 4 quendus .i. dignus de quo loquatur. — **Communia quae sunt? Quae in or similiter desinunt, ut deponentia, sed in duas formas cadunt, .i. in duos intellectus, patientis et agentis, ut oscular te et oscular a te.** Communia dicuntur eo quod sub una litteratura duos sensus, activum et passivum, retinent, sicut est *criminor te* et *criminor a te*. Sed quando significationem habent activam, iunguntur semper accusativo casui; quando vero passivam, ablativo, ut *oscular te* et *oscular a te*. Quid interest inter osculum et basium et savium? *Osculum* est signum pacis, *basium* signum amoris, *savium* signum veneris. Inde et quidam poeta:

Basia coniugibus, sed et oscula dantur amicis;  
Savia lascivis miscentur grata labellis.

Per haec autem verba communia fiunt amphibologiae .i. dubiae locutiones, ut 'criminatur Cato', 'vadatur Tullius': in dubio est, utrum ipse criminetur alium, an criminetur ab alio. Similiter incertum est, utrum vadetur Tullius alium, an aliis ab illo. — Sunt autem duo verba, quae ex contrario vocis significant actionem vel passionem,

§ 61. 2 **Deponentia . . .] ut in lemmate (§ 60), ita h. l. M solus deponentia post communia (v. 7—25) posuit *νατὰ ἀ-contrar.*] cata antifrasin .i. per contr. E per antifrasim .i. per c. *PP<sup>2</sup>* per contrarium .i. (per) cata antefrasin *M* per contr. .i. per antifr. *F* per catachrисin .i. per contrarietatem *M<sup>2</sup>* cf. Serv. ad Verg. Aen. III 63 7 de quo loq.] ut loq. *M<sup>2</sup>* 17 sa- vium] suavium *F* 18 veneris] ven. vel luxurie *x* quidam poeta] cf. Serv. ad Aen. I 256; Isid. diff. verb. 398 ap. Migne Patr. l. 83, 51 21 amphib.] amphiboloie *MF* fort. scribendum amphiboliae; cf. Serv. ad Aen. IV 371 ibique Thilo. 24 vadatur T.] veneratur tulius *F***

scil. metuo et timeo: *metuo* enim passivum, *metuor* actiuum. Similiter timeo.

[62] **Numeri verborum quot sunt?** Duo et reliqua. 360, e

— **Figurae verborum** similiter duae sunt, **simplex**,  
5 **ut lego**, **composita**, **ut neglego**. Quattuor modis verba componuntur, sicut et nomina: ex duobus integris, ut *perfero*; ex duobus corruptis, ut *suscipio*; ex corrupto et integro, ut *suffero*; ex integro et corrupto, ut *incipio*. —

**Tempora verborum quot sunt?** **Tria.** Tempora dicun- 360, s

10 tur a temperando sive a temperie. Nam IIII sunt anni tempora, ver aestas autumnus et hiems, quae sua vicisitudine invicem temperantur. Aestas calida, hiems frigida; sed inter haec duo sunt alia, quae proprie tempora dicuntur i.e. moderata, ver et autumnus. In his enim nimetas caloris atque frigoris reperiri nequit. In verbo autem tempora dicuntur varii actus i.e. distinctiones nostri actus, qui fiunt per diversa tempora. Cum enim aliquid agimus, aut in praesenti agimus, aut in praeterito egimus, aut in futuro agemus.

**Quot sunt tempora in declinatione verborum?** **Quinque.** Praesens et futurum

inperfecta tempora sunt. Praesens incertum est et imperfectum, eo quod non manet, sed quodammodo transit, unde et a philosophis instans dicitur, a Graecis ἀόριστον, eo quod non stat. Igitur praesens tempus nihil aliud est nisi parva distantia i.e. ipsum spatium, quod inter praeteritum est et futurum. Verbi gratia *Deus*: cum dico *De*, us adhuc remanet, et cum dico *us*, iam praeteritum est *De*. Hucusque de praesenti. Futurum similiter incertum

§ 62. 11 hiems] sunt autem IIII tempora anni add. *M*, ut aut hoc enuntiatum aut praecedens (nam -hiems) interpolatum sit. Etiam in iis quae sequuntur (usque ad finem § 62) aliqua interpolata in *M*, alia omissa, alia ita turbata atque confusa sunt, ut librarius, cum ea scriberet, non dormitasse, sed in utramque aurem dormivisse videatur 19 agemus] faciemus. Est ergo tempus quidam rerum motus *x* 23 ἀόριστον] aorismos *ME orismon PP<sup>2</sup>* spatium vacuum reliquit *F* 24 non stat] non sit i.e. non stans *M* 25 spatium] spaciolum *xz*

est. Quidquid enim in nostro actu non est, incertum est et imperfectum: nam potest esse et non esse. Sunt autem futura naturalia, quae cotidie eveniunt, ut solem oriri et hominem mori et alium nasci. Ista et immutabilia sunt, quia Dei dispositu eveniunt. Praesens itaque et futurum simplicia sunt. Praeteritum certissimum est, quia nihil sic certum venit ad nostram notitiam, quomodo actus praeteriti temporis; dividitur autem in praeteritum perfectum et imperfectum et plusquamperfectum.

**[63]** Praeteritum imperfectum dicitur, quia rem imperfectam designat. Verbi gratia: 'Quid faciebas, quando vocavi?' 'Versum coepi legere, sed nondum ad finem perduxii, idcirco *legebam*.' Praeteritum perfectum dicitur, quia rem perfectam et praeteritam demonstrat, ut: 'Quid fecisti heri?' 'Legi versum et usque ad finem perduxii.' Praeteritum plusquamperfectum dicitur, quod multo tempore est inveteratum et perfectum, ut: 'Quid feceras in 360, 13 tua infantia?' '*Legeram*.' — **Personae verborum quot sunt?** Tres. Prima est, quae de se dicit 'lego'. Secunda est, ad quam loquitur prima: 'tu legis.' Tertia est, de qua loquitur prima ad secundam et dicit: 'legit ille.' 360, 15 **[64]** D. Da declinationem verbi activi et passivi. Da ponitur pro *dic*, sicut *accipe* pro *audi*. **Lego** verbum activum dictum i.e. pronuntiatum indicativi modi temporis praesentis numeri singularis personae 2

1 non est] nondum est *P<sup>2</sup>* est *PE* 5 dispositu] disposione (l. dispositione) *P*

§ 63. 18 Personae . . .] om. *x* cf. § 42 fin. 21 legit ille] Quia vero persone dicte sunt a personando i.e. loquendo, proprie ad eos pertinent persone, que distinctis verborum formulis de se ipsis loquentes personas suas discernunt atque ostendunt, ut sunt angeli vel homines. Aliis vero creaturis abusive persona tribuitur. Ut vero tres persone habeantur in verbo, credo divinitus inspiratum esse, ut, quod in sancte trinitatis fide necesse est inveniri, hoc etiam in hominum loqueli necessarium sit frequentari *add. F*

§ 64. 22 activi] et passivi *add. MF* 23 dic] et est acyrologia figura *add. P<sup>2</sup>* cf. § 48 init.

primae coniugationis tertiae correptae, quod declinabitur sic i.e. tali modo vel tali ratione. Ideo dicitur *tertiae correptae*, quia est et *tertia producta secundum Donatum*, secundum vero *Priscianum quartam*. **Lego** ego,  
 5 **legis** tu, **legit** ille, **legimus** nos, **legitis** vos, **legunt** illi. Praeteritum imperfectum: **legebam** heri, **legebas** heri, **legebat** heri. Sic et pluraliter. Praeteritum perfectum: **legi** praeterito anno, -tu, -ille, et pluraliter. Praeteritum plusquamperfectum: **legeram** ego in infantia  
 10 mea. Sic et pluraliter. Futuro: **legam** cras ego. Sic et pluraliter. Sic per reliquos modos dictum est.

[65] **Inperativo modo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam:** **lege** tu, **legat** ille. Ideo dicit 'ad secundam et tertiam personam', quia imperativus primam personam non habet. Nemo enim sibi potest imperare nisi figurate. Pertinet autem iste modus non solum ad homines, sed etiam ad Deum, et tunc potius dicitur hortativus quam imperativus, sicut est: *Miserere mei, Deus.* **Et pluraliter:** **legamus** nos, **legatis** vos, **legant** illi. Iam pluralis numerus tres habet personas, quia prima iungit se cum aliis et dicit: 'o fratres, **legamus.**' Sed cum hoc fit, adhortativus dicitur, quia adhortatur secum alios. Sciendum autem quia de praesenti et de futuro tantum imperare possumus, de  
 20 praeterito non. Ideo praeteritum tempus imperativus non habet. **Futuro:** **legito** tu secunda persona est, **legito** ille tertia. Prima persona unam habet vocem: **legamus**, secunda duas: **legitote** vel **legatis**, tertia persona tres: **legant**, **legunto** vel **leguntote**. [66] **Optativo modo tempore praesenti et praeterito:** Optativus coniuncta habet tempora praesens et praeteritum imperfectum,

11 Sic-est] similiter reliqui modi inflectendi sunt *F*

§ 65. 18 hortativus *F* orativus *M* pr., quod nescio an non sit in textu reponendum; corrector add. t litteram post r  
 19 Miserere] Psalm. 50, 1 23 Sciendum-non habet] hoc enuntiatum *huc transtuli secundum F*; in *M* legitur post Deus v. 19

ut: **utinam legerem** modo et **utinam legerem heri**, quando vocabam. Habet etiam nexa alia duo tempora, praeteritum perfectum et plusquamperfectum, ut: **utinam legissem heri** et **utinam legissem** in mea infantia. **Futuro: utinam legam** cras et cetera. — Subiunctivus: **cum legam**, intellego; **cum legerem**, intellegebam; **cum legerim**, intellexi; **cum legissem**, intellexeram; **cum legero**, intellegam. — **Infinitivo modo numeris et personis tempore praesenti et praeterito imperfecto: legere.** Infinitivus dicitur quasi infinitus. Deficit enim in numeris et personis; sed, ut diximus, accipit supplementum a voluntativis, ut: **legere volo** et **volebam heri**, **vis vult**, **legere volumus** et **volebamus heri**, **vultis volunt.** **Praeterito perfecto et plusquamperfecto: legisse** volui heri et volueram ante multos annos. — **Futuro: lectum ire vel lecturum esse** a me volo crastina die i.e. ego legam. Futurum infinitivi formatur a neutro participii praeteriti temporis et infinitivo verbi, quod est *eo is it*, vel a participio futuri temporis et ab neutro, quod est *lecturum*, et *esse*, infinitivo verbi sub 20  
361, 6 stantivi, quod est *sum es est*. — **Verbo impersonali tempore praesenti: legitur.** Impersonalis dicitur quasi non personalis: deficit enim in personis, unde coniunguntur ei personae pronominum, ut: 'legitur a me a te ab illo'. Sic per omnes modos currit. — **361, 9 [67] Gerundia vel typicalia vel participialia verba sunt haec: legendi legendi legendum lectum lectu.** Gerundi et gerendi modus idem est, qui dicitur et gerendivus et gerundivus. Dicitur autem gerendivus quasi portativus, a verbo, quod est gerere, quia videtur aliquid portare; sub 30

§ 66. 11 ut dix.] § 55 22 Inperson.] cf. § 55

§ 67. 26 Gerundia] gerundiva *P* gerendi *Donat. Keil.* vel typicalia] v. typicalia *M* v. typica *P<sup>2</sup>* om. (*in lemmate*) ceteri participialia] participalia (*hic et infra*) *P<sup>2</sup>* 30 sub litt.-sensum] s. l. activi passivum sensum *E* s. littera activi passivi sensum *P* s. una litteratura activi et passivi sensum *P<sup>2</sup>* s. una litt. activum et passivum sensum *F*

litteratura enim activa portat sensum passivum. Inde Virgilius:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Cantando i.e. dum cantatur ab aliquo. Habet et activum  
5 sensum, ut

Cantando tu illum?

sc. meruisti i.e. dum cantares. Typicus modus dicitur i.e. figuratus, quia figurata portat sub una litteratura activi sensum passivum, sicut dictum est. Typus enim figura  
10 dicitur. Haec et supina dicuntur, quae a participiis veniunt, quae quidam supina appellaverunt; vel supina dicuntur, quia quasi resupinatis vultibus respiciunt participia et respiciuntur a participiis. Dicuntur et participialia i.e. participiis similia futuri temporis passivi.  
15 Quid ergo distat inter gerundiva et participia? Hoc distat, quia, quando gerundivi modi sunt, iunguntur cunctis generibus et numeris et personis, sed eundem casum trahunt, quem et verbum, a quo nascuntur, ut *causa legendi librum laboro, causa legendi paginam laboro, causa legendi folium laboro*: ecce omnia genera. *Causa legendi libros, paginas, folia venimus*: ecce de numeris. *Legendo ego proficio, proficis tu, proficit ille*: ecce de personis. *Legendum Martianum et artem et volumen venio*. Et significat necessitatem: *legendum est mihi tibi illi nobis vobis illis*. Quando vero participia sunt, cum suis generibus et numeris et casibus iunguntur, ut *causa legendi libri venio*: ecce genitivum cum genitivo, masculinum cum masculino, singularem cum singulari. *Causa legendi folii veni, legendo*

2 Virg.] *Ecl. VIII 71* 3 pratis] campis *P* 4 cantatur] incantatur *PEF* 6 Cantando . . .] *Verg. Ecl. III 25* 7 Typicus m.] cf. *Thurot. p. 79 sq.* 9 figura dicitur] nam antiqui nonnulli codices ita scripta sunt: gerundia vel participialia verba vel typicalia verba sunt et reliqua add. *F* 16 cunctis] certis *M* 17 personis] temporibus *x* 22 Legendum] ad leg. *F* 23 Martianum] 'Capellam scilicet' (*Hagen*) marianum *M* marciā *P* marciari *P<sup>2</sup>*

*libro insto, legendo folio, ad legendum Virgilium, ad legendum folium venio.* Priscianus vero haec verba gerundiva dixit esse nomina, quod separatam praepositionem recipiunt, ut 'in convertendo, in legendo'. Verbum enim non recipit praepositionem nisi per compositionem. — Duo membra gerundivi adhuc remanserunt: lectum lectu, et locum et motionem significant. Verbi gratia: 'quo pergis?' 'lectum' i.e. ad lectionem. 'Unde venis?' 'lectu' i.e. de lectione. Ponitur et pro ipsa re, sicut est 'admirabile visu' pro visione.

361, 18 [68] Da i.e. dic declinationem verbi passivi. Legor ego ab illo, legitur ille ab illo; legebar ego ab illo, legebaris tu, legebatur ille; et pluraliter legebamur nos ab illis et cetera; lectus fui ab illo, fuisti, fuit; lectus eram eras erat ab illo, et pluraliter eramus eratis erant; lectus fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant. Futuro: legar ego ab illo, legeris tu, legetur ille, et pluraliter. Imperativus modus: legere a me, o Virgili, legatur tua sapientia a me, o Virgili; legitor, legaris tu a me, o Virgili, legatur a me, o Prisciane. Optativo: utinam legerer modo a te et lectus essem a te heri, ante XII annos. Futuro: utinam legar a te. Coniunctivus: cum legar, sustineo; cum legerer, sustinebam; cum lectus sim vel fuerim; cum lectus essem vel fuisse, sustinueram; cum lectus ero vel fuero, sustinebo. — Et ulteriori modo, quod ultra praeteritum perfectum significat. Cum dicimus *lectus sum*, praeteritum est; sed cum dicis *fui*, plus videtur esse et plus praeterito significare. Nam praeteri-

2 Priscian.] Inst. VIII 45 p. 410, 3 ed. Hertz. 9 admir.] ammir. *MM<sup>2</sup>* 10 pro visione] In *M* et *M<sup>2</sup>* sequitur diversa ab *ca*, quae § 67 continetur, explanatio, in qua citatur *Iuvenalis* (*Sat. I* 3, 232): 'Plurimus hic aeger moritur vigilando, sed illum — Languorem (cruorem *M*) peperit (preterit *M* cibus imperfectus').

§ 68. 11 Da-passivi *MF* non habet *Donat. Keil.*, sed alia, quae satis fideliter refert *M<sup>2</sup>* 20 legatur] leg. tu *M*

tum perfectum non ex toto est praeteritum, habet enim *sum* praesentis temporis. Ulterior vero modus habet duo praeterita, ut *lectus* et *fui*. — Sciendum est, quod omne verbum passivum et in praeterito perfecto et plusquamperfecto in indicativo et optativo accipit supplementum a participio praeteriti temporis, ut *lectus*, et substantivo verbo, quod est *sum*, ut *lectus sum*. [69] Infinitivus verbi est infinitus in numeris et personis. Hoc distat inter infinitivum impersonalis et passivi, quia infinitivus impersonalis non solum eget verbo, sed etiam ablativo pronominis ut *legi a me volo* i.e. legere volo: activum habet sensum. **Praeterito perfecto et plusquamperfecto:** *lectum esse vel fuisse* a me volui heri vel ante multos annos volueram i.e. ego volui heri legere vel volueram ante multos annos. **Futuro:** *lectum iri* a me volo vel *lectum esse* a me volo crastino die i.e. ego legam cras. Passivi vero infinitivus solo verbo eget, ut *legi volo* i.e. volo ut aliquis me legat. *Legi* et de praesenti et de praeterito imperfecto potest intellegi, ut *legi volo nunc* et *legi volebam heri* i.e. ut aliquis me legeret. Praeterito: *lectum esse vel fuisse* volui heri vel volueram ante multos annos; de praeterito perfecto et plusquamperfecto potest accipi i.e. ut aliquis me legisset. Futurum: *lectum iri* volo cras i.e. volo ut legar crastina die, videlicet ut aliquis mea dicta legat; et est compositum a participio praeteriti temporis et *iri* infinitivo, quod a verbo *er* venit, sed in usu non est. — **Legendus legenda legendum:** Haec participia, quae in *dus* desinunt, cum tempora perdunt, in nomina transeunt, ut *loquendus est iste* i.e. dignus de quo loquantur homines; *amandus* i.e. dignus ut ametur; *legendus est iste liber* i.e. dignus ut legatur.

---

§ 69. 7 verbi *PP<sup>2</sup>* ubi *EF* unde *MM<sup>2</sup>* 14 *lectum iri*  
l. *ire x 15 lectum esse-volo*] *lecturum esse volo PEM<sup>2</sup>P<sup>2</sup>F*  
*crastino M cristiana P crastina ceteri*

## DE ADVERBIO.

362, 15 [70] **Adverbium quid est?** Adverbium quod graece ἐπίρρημα dicitur, ideo sibi hoc nomen vindicat, quod sit iuxta verbum non solum in ordine partium, sed etiam in nostra locutione, ut *bene legit*, *prudenter disputat*: ad pro iuxta ponitur et est adverbium adiectivum verbi. Nam qualitas verbi per se ignoratur sine adverbio. Sicut enim dicis *bonus homo*, ita dicis *bene studet*. Adverbium inventum est, ut qualitatem actus vel passionis demonstret. Cum enim dico *legit*, qualitatem legentis ignoras, usque dum subiungam *bene* vel *male*. Componitur autem *adverbium* ex *ad praepositione* et *verbum nomine*. — **Pars orationis** i.e. una species latinitatis, *quae* — subaudis *pars* — *adiecta verbo* i.e. apposita et applicita *significationem eius*, *intellectum*, *explanat* i.e. elucidat, planam facit, atque *implet* i.e. perficit. Est autem generalis diffinitio, cum dicit *pars orationis* et reliqua; omnes enim sunt partes. Cum vero subiungit *quae adiecta verbo* etc., species eius ostenditur, non proprium. Iunguntur enim et aliae partes verbo, sed ista semper specialiter ei adhaeret. Adnectitur ei nomen, ut *Virgilius legit*; pronomen, ut *ego lego*; participium, ut *legens scribo* etc. Sed nulla ita demonstrat qualitatem verbi, sicut adverbium. Cum vero addidit *significationem eius explanat* atque im-

362, 16 *plete*, proprium eius elucidat. [71] **Adverbio quot accidunt?** Post diffinitam substantiam adverbii accidentia requirit. **Tria. Quae? Significatio comparatio figura.** *Significatio composita* est ex *signo* et *facio*. Inde dicitur significatio, eo quod signum faciat rei, quam demonstrat. Omnis enim vis adverbii maxime in significazione constituit. **Comparatio.** Priscianus comparationem inter acci-

§ 70. 3 ἐπίρρημα *M<sup>2</sup>* *EΠΙΡΗΜΑ* *E* birema *P* byrema *P<sup>2</sup>* . . . rema *M* vindicat] vend. *M<sup>2</sup>PF* 5 prudenter] prudencius prudenter *M*

§ 71. 28 composita] compositum *M<sup>2</sup>* 31 Priscian.] *Inst. XV 6 p. 63, 6 ed. Hertz.*

dentia non ponit. Et hoc quare? quia comparatio non est generale accidens; non enim omnia adverbia comparantur, nisi quae qualitatem aut quantitatem significant. Itaque pro comparatione speciem posuit. Omnia namque adverbia aut sunt primitiva aut derivativa. —

**Significatio adverbiorum in quo est?** i. in quo iure vel in qua lege consistit? Quia sunt adverbia aut loci i. quae locum significant, aut temporis i. quae tempus significant etc. Da adverbia loci i. dic mihi, 362, 10 quae adverbia in loco esse significant. Ut **hic vel ibi, intus vel foris, illuc vel inde, intro vel foras.** *Hic*—subaudis ‘sedemus’ —, *ibi* — subaudis ‘sedent alii’, *intus* sunt et *foris*—subaudis ‘sunt illi’: *Hic* et *intus*, *ibi* et *foris* in loco esse significant; *intro* et *foras* et *illuc* 15 ad locum. Distat inter *illuc* et *illic*: *illuc* ad locum significat, sicut legitur de Abraham: ‘Ego et puer illuc properantes’, et in psalmo: ‘Illuc enim ascenderunt’. Potest enim accipi de futuro et praeterito. *Illic* vero in loco, et est similiter praeteriti et futuri. Quattuor 20 species sunt adverbiorum loci: in loco, ut *hic vel ibi, intus vel foris*. (*Hic*, quando adverbium est, producitur, quando pronomen, corripitur, ut: ‘*Hic vir hic est tibi.*’) Ad locum, ut *illuc vado*; de loco, ut *inde venio*; ad locum iterum, ut *intro eo in domum* et *foras exeo*. Addidit 25 etiam quintam speciem per locum; ut *hac illac*. [72] Da 362, 2 temporis i. quae tempus significant. Ut **hodie:** *hodie* est compositum ex *hoc* et *die*, et est temporis praesentis; *nunc* similiter. *Nuper* i. noviter non praesens est, sed praeteritum, unde venit nomen *nuperus* *nuperum*.

9 Da adverbia] Da adverbium *M* (*ut Donati cod. Leidens.*)  
 10 Ut *hic-foras* *M<sup>2</sup>F om. M* 11 *intro vel foras non habet*  
*Donat. Keil.* 15 ad locum] *ire* significant add. *P<sup>2</sup>* 16 significat *P<sup>2</sup>F* pertinet *M corr. Abraham*] *habraham M habraā P*  
*Ego et . . . Genes. 22, 5* 17 in psalmo] 121, 4 22 *Hic-tibi h. l. interpolatum esse videtur; cf. § 45* 24 Addidit . . . sc. *Donatus in arte maiore* (*p. 386, 22 K.*)

§ 72. 28 non praes. est sed *M* est presens et *alii* cf. *Fest. ed. Mueller p. 173, 14*

*Nuper et heri* praeteriti temporis sunt, *eras* futuri, ut *cras legam*. **Aliquando** vero omnis temporis est et est compositum ex *aliud* et *quando*. — **Da numeri** ut **semel bis ter**. Sunt adverbia numeri. *Semel* venit ab eo quod est unus, *bis* a duobus, *ter* a tribus. Notandum est, quia tribus modis veniunt adverbia a nominibus, litteratura et sensu, litteratura et non sensu, sensu et non litteratura: litteratura et sensu, sicut ab eo, quod est tres, venit *ter*, et a quattuor venit *quater*, et a quinque *quinquies*; litteratura et non sensu, sicut est *modo*, quod venit a nomine, quod est modus i. mensura, et est *modo* adverbium temporis; sensu et non litteratura, sicut *semel* ab uno et a duobus venit *bis*. — Adverbia **negandi** sunt **non** et **haud**; *haud* scribitur per aspirationem in principio et in fine per *d*. — **Adfirmandi**, ut **etiam quidni** adverbia sunt: ‘legisti hodie?’ ‘etiam’. ‘Es recordatus hodie?’ ‘quidni?’ i. quomodo aliter? et ponitur pro certe. — **Demonstrandri**, ut **en ecce**: *en Virgilium*, *ecce Priscianum*; haec enim accusativo casui iunguntur. — **Optandi**, ut **utinam**. *Ut* adverbium est similitudinis; addita i littera fit *uti*, et est similitudinis, *ita uti*; adiectra nam fit *utinam*, adverbium optandi:

O utinam nostris voluisses, fida iuventus,  
Consiliis parere prius.

[73] **Hortandi**, ut *eia*: ‘Eia, milites Christi, 2 sustinete poenas et accipite coronas.’

**Ordinis**, ut **deinde deinceps**: ‘Primus sedeat iste episcopus, deinde ille archidiaconus, deinceps illi milites.’ — **Interrogandi**, ut *cur*: ‘cur hoc fecisti?’ Quare com-

---

4 *semel-unus*] *semel* ab uno *PP<sup>2</sup>* 11 modus i. mens. *F* mensura, modius *M* 19 haec-iunguntur] hec in accusativo melius quam in nominativo, quamvis dicatur: ‘ecce agnus dei’ *F* 23 *O-prius*] *Arator*, *de act. Apost. III* 252. (*Migne P. l. 68 p. 237*) Utinam-parere meis *M* *Arator*: O utinam-prius nec littora certe *F* (*ubi ficta pro fida*)

§ 73. 25 *Hortandi M<sup>2</sup>* *optandi M* 29 *cur*] adverbium in r producitur. Quare apud grecos dyati nominatur *add. M<sup>2</sup>*

ponitur ex *qua* et *re*; **quamobrem** compositum est ex *quam* et *ob* et *rem*: ‘*quamobrem* eum occidisti?’ — **Similitudinis, ut quasi** *ceu*: ‘*Video te quasi* angelum Dei;’ similiter: ‘*video te ceu* fratrem meum.’ — **Qualitatis, ut docte pulchre fortiter.** Et sciendum, quia adverbia, quae a nominibus secundae declinationis veniunt, *o* dative in *e* convertunt, ut doctus docti docto: *o* in *e* conversa fit docte. Ea vero, quae a nominibus tertiae declinationis veniunt, fiunt a dativo assumpta *ter* syllaba, 10 ut *forti-fortiter*, *agili-agiliter*. — **Quantitatis, ut multum parum minimum.** Haec adverbia qualitatis et quantitatis proprie comparationem recipiunt, ut docte doctius doctissime, pulchre pulchrius pulcherrime, forte fortius fortissime, parum minus minime; *minime* autem superlativus 15 pro *non* ponitur. *Multum* quoque comparatur, ut *multum* plus plurimum. Positivus gradus est *multum* legit, *parum* recordatur. — **Dubitandi, ut forsitan fortasse:** forsitan venit hodie episcopus, fortassis ita erit. [74] **Personalia,** 362, 2 *ut mecum tecum secum.* Personalia adverbia sunt, 20 quia personas demonstrant: sede tu tecum, sedeat ille secum i. solus. Componuntur autem haec adverbia ex ablativis pronominum et *cum* praepositione. *Cum* autem praepositio praeponi debuerat; sed propter euphoniam hic supponitur. Sonorius est enim dicere *mecum tecum secum*, quam *cum me cum te cum se*: ‘*mecum* sedeant maiores, *tecum* sedeant minores.’ — **Vocandi, ut heus.** Virgilius:

Heus, iuvenes, monstrate, mearum  
Si quam hic errantem vidistis forte sororum.

11 Haec-ponitur] *haec verba ante* Et sciendum v. 5 *inserta sunt in MM<sup>2</sup>*, suo loco sunt in F 17 *fortasse*] dubitativa adverbia sunt add. M

§ 74. 18 Personalia] om. M 19 *ut-secum post* demonstrant v. 20 *habet M 24 suppon.] subpon. MM<sup>2</sup> postpon. xx verborum ordo h. l. nonnihil turbatus est in MM<sup>2</sup> 27 Virg.] Aen. I 321 sq. 29 si-sororum F vidistis hic errantem si quam forte sororum M*

**Respondendi, ut heu.** *Heu* et adverbium est respondentis et interiectio dolentis. — **Separandi, ut seorsum** sedent iuniores. *Orsum* dicimus in partem, ut: seorsum iuniores et seorsum maiores i.e. in partem. Seorsum compositum est ex *se* et *orsum*: inde venit *quorsum*, interrogativum adverbium, ut: ‘*quorsum vadis?*’ Bene redditur: *orsum*. *Istorum* i.e. in istam partem; *sursum deorsum* 362, 30 *dextrorum sinistrorum orientem versum*. — Sunt et **iurandi, ut edepol castor hercle medius fidius.** *Edepol:* Antiqui iurabant per aedem Pollucis. *Castor* i.e. per Castorem i.e. sic me adiuvet Castor. *Castor* et *Pollux* duo fratres fuerunt, filii *Ledae*. *Pollux* eius filius de *Jove* et ideo immortalis est ex parte patris. *Castor* vero ejusdem filius de *Tyndaro* fuit. Sed *Pollux*, qui erat immortalis, divisit immortalitatem cum fratre suo, et miseratione deorum translati sunt in caelum inter deos et inde vocantur semidei et semihomines, qui nunc *gemini* appellantur. — Quidam libri habent *medepol* et *mercle*, sed idem est. *Hercle:* per *Herculem*, qui est *medius fidius*. *Medius fidius* dictus est *Hercules* quasi semideus, ex parte patris deus, ex parte matris homo; *fidius pro filius*, d pro l, antiqui enim d pro l ponebant, ut *sedda pro sella*. Vel *medius fidius* dicitur quasi *Dios* i.e. *Jovis filius*: *Dios* (l. *Διός*) graece *Jovis* dicitur. [75] **Eligendi**, quae electionem significant, ut **potius immo;** ut: ‘*potius volui legere quam cantare*’, ‘*immo ita est*.’ Inde componitur *quin immo* i.e. cur non potius; *quin* vero pro ut non ponitur, ut: ‘*noli omittere quin facias*’ i.e. ut non facias. *Potius* comparativus est et venit a nomine, quod est hic et haec potis et hoc pote in-

---

9 hercle med. fid. F om. M 10 Edepol] om. M Hedepol P<sup>2</sup> per aedem] per hedem P<sup>2</sup> 11 per Cast.] p. templum C. P p. domum C. P<sup>2</sup> E 14 Tyndaro] nutiro F 18 appellantur] Hercules vero eiusdem iovis filius de adulterio, scilicet de uxore amphitironis, fortissimus gigas fuit add. x 24 Dios] dios filios PP<sup>2</sup> fort. Διός νιός scribendum dicitur] cf. Festus s. *medius fid.* Plures eiusdem nominis explicationes habet F

declinabile. — **Congregandi**, ut simul una pariter: 'simul sedebant isti, una recordentur illi.' *Una* accentum habet in fine, ne putetur esse nomen *una unius*. — **Prohibendi**, ut **ne**. *Ne* multos sensus habet: est prohibentis, ut: 'vide ne facias hoc.' Ponitur et pro *ut non*, ut Virgilius de equo: *Fecere magnum equum*, *Ne recipi posset portis neve intra moenia duci*; et: 'lege, ne vapules.' Est et interrogativum, ut: 'fecisti?' i.e. num quid fecisti? — **Eventus** — subaudis *adverbia*, et est casus genitivi —, ut **forte fortuitus**: 'forte veniet hodie hospes; fortuitus legimus hodie.' *Eventus* et *fortuitus* est, quando fortuita res nobis cito occurrit, ut: 'forte vel fortuitu evenit mihi aurum repperire.' — **Comparandi**, ut **magis vel tam**. Haec sunt comparandi, ut: 'magis diligo istum quam illum, tam bene iste quam ille scribit.' *Tam* aequalitatem significat, ut: 'tam volo legere quam et scribere' i.e. utrumque volo. Unde Virgilius:

*Tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,  
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.*

[76] **Comparatio adverbiorum in quo est?** Com-<sup>se2</sup> parationem in adverbio a parte debemus accipere, sicut et in nomine. Reperta est in adverbio comparatio, ut verba vel participia, quae omnino carent comparatione, istorum adiectione adverbiorum possint videri comparata et ostendatur, quemadmodum actus vel passio augmentum vel inminutionem possint recipere.

**Figurae adverbiorum quot sunt?** Figura in <sup>se3</sup> adverbiis sicut in aliis partibus habetur, quia ipsa sicut aliae partes componuntur: **simplex**, ut **prudenter**; com-

§ 75. 6 Virg.] *Aen. II 187* 7 *Ne-duci (repetito posset post duci) M (addito in ante portis posset) M<sup>2</sup>* ne recepi portis aut duci in menia possit *F* 8 *Est et-fecisti] est et increpativum, ut 'tune cruenta ferox audax insane rebellis' xF* 16 *scribit M<sup>2</sup> subsapit M* 18 Virg.] *Aen. VII 787 sq.*

§ 76. 27 vel inminut.] v. minucionem *F* et detrimentum *M<sup>2</sup>* 29 *sicut-partib. M<sup>2</sup> om. M* 30 *simplex] simpliciter M*

**posita, ut imprudenter.** *Prudens* dicitur quasi porro videns i.e. a longe futura cognoscens; hinc *prudentia* et *providentia* quasi porrovidentia.

363, 7 **Adverbia localia sunt vel in loco vel de loco vel ad locum.** Sed in loco et de loco eandem significationem habent et stabilitatem significant, ut intus sum, intus venio, foris sum, foris venio. **Ad locum aliam significationem habent et motionem significant, ut intro eo, foras eo.** Adverbia localia, quae Donatus in tres partes divisit, videndum quia IIII habent species: in loco de loco ad locum per locum. *In loco*, quae stabilitatem significant, haec sunt: hic illic istic ubi ibi. *De loco*, quae regressionem significant a loco: hinc illinc istinc unde inde. Sunt autem quae-dam, quae communem sensum habent et in loco et de loco accipi possunt, ut: intus sum, intus exeo, foris sum, foris venio. *Ad locum*, quae motionem significant ad locum, ut huc illuc illo isto quo eo intro foras. *Per locum*, quae ambulationem significant per locum: hac illac istac. [77] **Adverbia loci, quae a nominibus veniunt,** si primae sunt declinationis et secundae, genitivum habent in loco, ut: Romae sum, Tarenti sum; ablativum de loco, ut: Roma venio, Tarento venio; accusativum ad locum et per locum, ut: Romam pergo, Romam transeo, Tarentum percurro; Virduni sum, Virduno venio, Virdunum

1 imprudenter *MP* insufficienter imprudenter *F* sufferenter *P<sup>2</sup>E*: *quod vocabulum Georgius quidem lexico suo inseruit, sed, cum ferenter certe nihil sit, 'insufficienter' legendum esse puto* 13 regressionem *MF* digress. *M<sup>2</sup>*

§ 77. 22 Tarenti s. *M<sup>2</sup> om. M* 23 Tarento v.] Tarentum v. *M<sup>2</sup> om. M* 25 Virduni-percurro *M solus*, cuius libri textum inde a v. 19 (per locum: hac ...) usque ad p. 67, 8 (quia) alia manus scripsit *Alia nomina afferunt P et P<sup>2</sup>*: 'nomina civitatum que sunt prime vel secunde declinationis in quo casu intelliguntur? In loco in genitivo, de loco in ablativo, ad locum in accusativo, per locum in ablativo. Da exemplum: Ubi es? Papie sum, papiam vado, papia venio, papia (Papiam *P*) transivi. (Mediolani sum ... add. *P*) ... Athenis sum, Athenas vado ... Cartagine sum ... Similiter micenis

pergo, Virdunum percurro. Si vero tertiae fuerint declinationis, ablativum habent in loco et de loco et per locum, ut Cartagine sum, Cartagine redeo, Cartagine pertranseo; accusativum tantum ad locum, ut: Cartaginem pergo. —  
 5 **De intus autem et de foris sic non dicitur, quomodo ad foras vel in foras:** Sicut non dicitur *ad foras* vel *in foras*, sic non dicitur *de intus* et *de foris*, quia, si praepositio jungeretur adverbio, quae similem sensum habet, utique esset soloecismus. Invenitur tamen 10 in catholicis scripturis: 'Deintus respondit' et 'clausit deforis'. Sed scimus, quia sacra Scriptura non subiacet regulis artis grammaticae.

## DE PARTICIPIO.

[78] **Participium quid est? Pars orationis partem** <sup>363,</sup>

15 **capiens nominis** et cetera. Inde sortitur hoc vocabulum. Praepositis principalibus partibus et evidenter expositis jure post eas participium sequitur, quod bene posuit post nomen et verbum, quia ex utrisque conficitur i.e. ex nomine et verbo. Dicitur autem participium 20 graece μετοχή, latine participium, et dicitur quasi participium, eo quod partem capit nominis partemque verbi. Proprium est huic parti in derivatione consistere, quod

(michenis *P*). Quot sunt que ad horum similitudinem proferuntur? Tria (tres): domus humus milicia, ut domi sum humi sum milicie sum; domo venio humo venio milicia venio. quo vadis? domum vado humum vado miliciam vado; domo transivi humo transivi milicia transivi' Cf. glossa cod. Bern. 386 f. 14<sup>a</sup>, quam affert Hagen p. 261 ad v. 25: 'Valentiae sum Lugduni sum, Valentiam vado Lugdunum vado . . .'

10 in cath. scr. *M* in cath. libris *M*<sup>2</sup> in divina scriptura *x* deintus respondit *M* (*Luc. 11, 7* deintus respondens) clausit deforis] cl. a foris *MM*<sup>2</sup> inclusit eum dominus deforis *F* (*Genes. 7, 16*) 11 non subiac. . . .] in his et in aliis non nullis locis rigorem grammaticae artis contemnit (sacra scriptura), quia veluti libera eius regulis minime subiacet *F*

§ 78. 20 μετοχή] METOKH *E* (*P*) metoche *MM*<sup>2</sup> methoce *P*<sup>2</sup>

de nulla alia parte possumus adprobare. Nam et aliae partes primitivas habent species, ut a nomine *rege* venit *regalis*, a pronomine *mei* venit *meus*, a verbo *ferveo* venit *fervesco*. Participium autem semper in derivatione est, ut ab *amo* venit *amans*, a *doceo* *docens*, a *lego* *legens*, ab *audio* *audiens*. Et quia haec pars non est primitiva, sed semper derivativa, noluerunt eam quidam per se partem orationis computare, sed alii nomen illius verbum casuale, alii nomen temporale volebant asserere. Sed Donatus congrue attendit, quia nomen non potest esse, habens tempora et significationem ad similitudinem verbi, rursum non potest verbum esse, habens genera et casus ad similitudinem nominis. — Repertum est hoc participium, quia verba non possunt iungi nominibus nisi per nominativum casum adiunctum illi personae, secundum quam intelleguntur verba, ut: 'doceo ego Virgilius, doces tu Prisciane'. Et haec constructio intransitiva est. Si igitur vis flectere nomen in obliquos casus, necessario iungis participium loco verborum, ut manifesta appareat constructio intransitivorum, ut: 'hominis loquentis audivi orationem', 'hominem loquentem audio'. Sic de reliquis.

<sup>363, 15</sup> [79] **Participio quot accidentia?** **Sex** etc. De cursa diffinitione substantiae enumerat accidentia, in quibus proprietas tota et potestas partis advertitur. — **Genera participiorum quot sunt?** **Quattuor** etc. <sup>25</sup> Omnia genera recipit participium praeter epikoenon genus, quod in participio nulla potest ratione inveniri. Cum enim verba, a quibus oriuntur participia, omnibus generibus naturaliter socientur, ut 'legit vir, legit mulier, legit mancipium', necessario participium, quod a verbo oritur, omnibus generibus legaliter aptatur. Et certum, quia masculina et neutralia sunt secundae declinationis, sicut feminina primae et quae sunt omnis generis tertiae. —

<sup>1</sup> adprobare *M<sup>2</sup>* abprob. *M* <sup>9</sup> casuale *F* causale *MM<sup>2</sup>*.  
temporale] verbale *F* temporale vel verbale *M<sup>2</sup>*

§ 79. 26 epikoenon] epychoenon *M* epikenon *M<sup>2</sup>* ΕΠΙ-  
ΚΟΕΝΩΝ *E*

**Casus participiorum quot sunt? Sex.** Participium sex casibus inflectitur, quemadmodum et nomen, a quo casus sortitur. Ablativus vero participii praesentis temporis tantummodo in *e* terminatur, nominis vero in *e* et 5 in *i* litteram clausulatur, ut *amante* [vel *amanti*]. — **Tempora participiorum quot sunt? Tria.** Tempora sunt III, regulae tamen IIII inveniuntur, quia est participium futuri temporis desinens in *rus* vel in *dus*. [80] Sig- 363, nificationes participiorum in quo sunt? Quia ab activo 10 verbo veniunt duo, praesentis, ut *legens*, futuri, ut *lecturus* etc. Significatio in participio intellegitur secundum quam ostenditur, a qua significatione singula veniant participia, utpote ab activo duo, a passivo duo similiter veniunt participia. Neutrum vero, quod ad regulam 15 activi verbi inflectitur, similibus participiis exprimitur. **A deponenti III** participia veniunt, propter sensum activi II: *loquens locuturus*, propter litteraturam passivi unum: *locutus*. **A communi IIII**, quia sub una litteratura habet activum sensum et passivum. Ea parte, qua 20 activum est, habet II participia: *criminans criminaturus*; ex altera parte, qua passivum est, habet alia duo: *criminatus criminandus*. Hoc quoque notandum est, quod in prima et secunda coniugatione praesentis temporis participia *n* interposita secundae personae formantur, ut 25 *amas-amans, vides-videns*. In tertia vero et quarta, ut Euticius vult, formantur a prima persona, versa *o* in *e*, et addita *ns*, ut *lego-legens, audio-audiens*. Sed sequens est Priscianus, maioris auctoritatis, qui dicit formari a secunda persona verbi, ut *legis*: versa *i* in *e*, inter- 30 posita *n* fit *legens*. *Lecturus* formatur ab ultimo membro gerundi modi, ut *lectu* addita *rus* fit *lecturus*. *Legendus* a praesenti tempore participii formatur, *tis* in *dus* con-

§ 80. 22 *criminandus*] sequitur alia eiusdem rei expositio in M: 'Deponens ab activo sensu duo et regula passivi unum sortitur participium. Commune, quia activum et passivum simul exprimit sensum, utriusque significationis . . . participia recipit'

363, 30 versa, ut *legentis-legendus*. [81] Numeri participiorum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic legens, pluralis, ut hi legentes. — Figurae participiorum quot sunt? Duae. Quae? Simplex, ut *legens*, composita, ut *neglegens*. Quia participia a se ipsis minime oriuntur, sed a verbis deducuntur, plurimi participiorum non compositam, sed decompositam annumerant figuram. Decomposita vero est, quae a verbis compositis derivatur. — Videndum itaque, qualiter discernantur nomina a participiis. Discernuntur casu comparatione et tempore: casu, quia, si fuerit participium, eundem casum requirit, quem et verbum, ut *amans illum*, si fuerit nomen, genitivum casum requirit, ut *amans illius*; comparatione, quia, si fuerit nomen, comparari potest, si fuerit participium, comparari non potest; tempore, quia, si fuerit participium, per tria tempora ire potest, ut *amans fui*, *amans sum*, *amans ero*, si nomen, tempore prorsus carebit.

## DE CONIUNCTIONE.

364, 33 [82] Coniunctio quid est? Pars orationis etc. Coniunctio dicitur graece συνδεσμός, et dicitur coniunctio a coniungendo, eo quod praecedentia subsequentibus coniungat et compaginet, si quidem huiusmodi proprietatem habet, ut dissidentes et dissolutas contineat partes. Coniungit enim duo nomina, ut Virgilius et Priscianus, duo pronomina, ut ego et tu, duo verba, ut legit et intellegit, duo participia, ut *legens* et *intellegens*, duo adverbia, ut bene et male. Sic de reliquis. Sine hac enim prolatu sermo hiulcam et dissidentem efficeret locutionem. Nee moveat quemquam solutas ab hac lege inveniri oratiunculas, ut in Virgilio:

ite,

Ferte cito flamas, date tela, impellite remos!

§ 81. 11 casu-tempore] comparatione declinatione et casu x

§ 82. 20 συνδεσμού.] syndesmos P<sup>2</sup> sindesm. M M<sup>2</sup> P 30 Virg.]

Aen. IV 593 sq. 32 ferte c. fl.] cito ferte arma M M<sup>2</sup> ferte flamm. F

Quod quotienscumque fit, graeca est figura, quae graece ἀσύνδετος vocatur i.e. carens coniunctione vel absque coniunctionibus. — Quod pars dicitur orationis, generalitas illius advertitur. Quod vero subiungitur **adnectens**  
 5 **ordinansque sententiam**, proprietas illius advertitur. **Adnectit** i.e. copulat et ligat reliquias partes, et **ordinat** i.e. ostendit, quid primum procedere et quid deinde subsequi debeat, ut ea, quae praecedere debent, praecedant et, quae sequi, sequantur. Verbi gratia 'si dies est,  
 10 lucet', nequaquam potes dicere conversim 'si lucet, dies est'. Similiter 'si ambulat, movetur', nequaquam potes dicere 'si movetur, ambulat'. — **Sententia** dicitur a sensu et partium iunctura est cum pleno sensu vel ordo verborum.

15 [83] Coniunctioni quot accident? Tria. Quae? 364

**Potestas figura ordo.** Sciendum, a Prisciano XV annumeratas potestates coniunctionis, quae a Donato sub V regulis brevissime coartantur. Sed illae species inter has V continentur. Et notandum, *potestatem* praecipuum  
 20 accidens esse coniunctionis. Illud enim accidens i.e. potestas proprium est coniunctionis, quia nulla alia pars ceteras copulat nisi sola coniunctio. Diversas quidem significaciones habet vel obtinet et nostro intellectui subicit, ac per hoc sibi potissimum coniunctio vindicat  
 25 istud accidens. **Potestas coniunctionum quot species habet?** **Quinque.** **Quas?** **Copulativas** etc. *Copulare* dicimus coniungere, colligare. Hinc dicuntur copulativae colligativa, consociativa, quia copulant verba et sensum, ut cum dicis 'ego et tu facimus'. *Copula* in singulari

2 ἀσυνδ.] asyndetos *F* asinhetos *M* asindedos *M<sup>2</sup>* 12 am-  
 bulat] nam si coniunctio hunc ordinem facit et ideo mutari non potest add. *M<sup>2</sup>PP<sup>2</sup>F* 13 cum-ordo (ordine *P<sup>2</sup>*) verborum]  
*om. M*

§ 83. 15 Coniunctio-ordo] *hoc lemma transpositum est in M*  
 16 Sciendum-continentur] *aptius haec in F post lemma proxime*  
*sequens (v. 26) ponuntur* 18 species inter has] species pris-  
 ciani his *P<sup>2</sup>* 28 colligativa *M<sup>2</sup>* *om. M*

matrimonium i.e. nuptias significat, ubi masculus et femina iunguntur; in pluralitate vero copulae sunt vincula, quibus canes ligantur. Hinc et copulo as, copulatus copulati, addita vus vel va fit copulativus va i.e. coniunctiva species, ut: 'lego et scribo, Virgilius Priscianusque, at tu recordaris atque scribis'. At pro sed ponitur. In hac ergo locutione verba coniuncta sunt et sensus. — **Da copulativas.** Et que at atque ac ast. Atque copulativa species invenitur posita pro quam, ut: 'ne simili fortuna utamur atque usi sumus' i.e. quam usi sumus. 10 Ac copulativa pro quam posita, ut:

Haut secus ac iussi faciunt

i.e. non aliter quam iussi. Ast in copulativa specie invenitur semper et aliquando pro sed ponitur.

**[84] Da disiunctivas.** Aut ve vel et cetera. Disjungere dicimus disligare, dissociare. Hinc dicuntur disiunctivae disligative, dissociative, quia, quamvis, disiungant sensum, tamen verba coniungunt et compaginant, et uno negato alterum e duobus fieri ostendunt. Quaerendum, si coniunctio dicitur a coniungendo, quare 20 posuit Donatus disiunctivam speciem. Ad hoc respondendum, quia, licet sensum separat, tamen litteraturam coniungit. Cum enim dico 'aut lego aut scribo', unum facere et alterum dimittere signifco. Unde Virgilius:

25  
Aut spoliis . . . laetabor opimis

Aut leto insigni,

i.e. morte nobili moriar. Verba sunt Pallantis ad Turnum. Hic litteratura iungitur, sed sensus separatur; non enim poterat esse victor et mortuus. Talis locutio dilemma est i.e. cornutus syllogismus ex utraque parte auditorem 30 concludens. — Aut interdum indicative, interdum dubitative ponitur; indicative, ut: aut dies est aut nox;

12 Haut-fac.] Verg. Aen. III 236

§ 84. 20—31 Quaerendum-concludens] hic locus transpositus est in M 24 Virg.] Aen. X 449 sq. 25 laetabor MM<sup>2</sup>PF 29 dilemma] diremma M<sup>2</sup> dyalema P<sup>2</sup> direma M<sup>2</sup>

dubitativa, ut: aut prodest divitias habere aut non. *Ve*  
 disiunctiva coniunctio interdum est copulativa, ut  
 subiectisve urere flammis.

5 Virgilius ista dicit de equo. Quidam dicebant in flumine  
 eum praecipitari, alii vero in ignem mitti, quod simul  
 facere non poterant. *Ve* etiam ponitur pro non: *vecors*  
*i. stultus*. Idem est et *socors*, quasi sine corde, et  
*vesanus i. non sanus*. Est interiectio dolentis, ut: 've  
 homini illi!' — *Vel* disiunctivum et affirmativum est:

10        *Vel rex mihi maximas gratias agebat*

pro *etiam rex*. — Ne disiunctivum est, quia quasi  
 disiungit aliquem ab opere, quod facit, ut cum dicis  
 'ne facias hoc!' Habet autem haec coniunctio varios  
 sensus. Est enim interrogativa:

15        *Pyrrhin conubia servas?*

Est et adversativa, ut 'res secundae animos sapientium fatigant, ne illos, qui corruptis moribus' *i. nedum illos*. Est etiam et confirmativa, ut  
 sapiens ne etiam rex.

20 *Ne pro ut non* ponitur, verbi gratia 'lege, ne sis stultus'.  
 Est etiam adverbium prohibentium, ut 'rogo te, ne facias'.  
 Est quoque interrogativum, ut 'fecistine?' *i. numquid fecisti?* — *Nec et neque* disiunctivae vel abnegativae

1 aut prodest *F* prodest *M* sed cf. *Prisc. Inst. XVI* 7  
*p. 98, 1 H.* 2 ut] *Verg. Aen. II* 37 3 subiectisve *MM<sup>2</sup>PF*  
*Donatus (in arte mai.) et Prisc. e contrario, cum 'subiectisque'*  
*legerent, que pro veponi putabant 8 ve-illi]* *Matth. 18, 7 10* *Vel*  
*rex . . .*] *Terent. Eun. III* 1, 7 sq. (vel rex semper maxumas |  
 mihi [gratias] agebat) agebat gratias *M<sup>2</sup>* 15 *Pyrrhin]* *Verg.*  
*Aen. III* 319 *pyrrin* (*superscripto n. pro ne*) *M* *birrone M<sup>2</sup>*  
 16 *advers.] avers.* *M<sup>2</sup>* res secundae . . .] *Sallust. Cat. 11, 8*  
 (quippe secundae res s. a. f., ne illi corr. mor. victoriae temperarent)  
 17 ne illos qui . . .] ne illi c. m. obtemperarent *i.*  
*nedum illi M<sup>2</sup>* 19 sapiens . . .] *Horat. serm. II* 397 (Clarus  
 erit . . . sapiens, ne etiam et rex) 20 *Ne pro . . . fere eadem*  
*supra § 75 21 prohibentium]* prohibitivum *x*

species sunt, ut 'neque legam neque scribam' i.e. neutrum faciam.

<sup>364, 37</sup> [85] **Da expletivas. Quidem equidem** et ceterae. Expletivae vocantur, eo quod pleniorum sensum exprimunt. Dicuntur expletivae et *ornativa*e; ornant enim sententiam, ut

Dominus quidem Jesus postquam locutus est:

Potest etiam sine *quidem* esse; sed ut pulchrior sit locutio, dicimus *quidem*. *Quidem*, ut quidam volunt, compositum est ab *ego* et *quidem*. Sed falluntur; cunctis enim personis iungi potest, etiam secundae et tertiae, ut 'equidem merui', 'equidem meruisti', 'equidem meruit ille'. — **Saltem** diminutionis significationem habet, quantum ad sensum pertinet, ut

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset.. soboles.

Et est sermo tractus a captivis, qui abducti dicunt hosti: 'Omnia nostra accipe et salutem nobis concede'. Inde *saltem* dicitur per syncopam i.e. concisionem u litterae et ponitur in electione multarum rerum, ut 'si non vis legere, saltem scribe'. [86] **Videlicet** expletivum est et affirmativum, et est compositum ex *videre* infinitivo et *licet* impersonali verbo, et dicitur *videlicet* quasi *videre*

§ 85. 4 exprimunt] corrupta et sine dubio interpolata sunt, quae sequuntur in M: ut si quis dicat lege ergo alicui et nec illum quidem arguit quod non legit (cf. *Serv. in Donat.* p. 418, 15 K; *Serg. in Don.* p. 516, 15). Ergo a meliori parte dicuntur *ornativa*, eo quod frequenter *ornatus* causa in oratione ponuntur. Ecce enim dicit (*sc. Verg. Aen. I 5*): 'Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem'. Plenus est sensus. si autem auferas quoque, nihil minus (l. minus) de sensu, quia propter (quapropter?) in ipsis expletivis intellege *ornativa*s. 7 Dominus . . .] *Marc. 16, 19* 12 equidem merui] *Verg. Aen. XII 931* 15 Saltem si . . .] *Verg. Aen. III 327* 16 Et est] saltem et vel idem est. Et est *P<sup>2</sup>PM<sup>2</sup>F* 17 salutem] saltem vitam *P<sup>2</sup> Glossa cod. Bern. 386 f. 15<sup>b</sup>* (*Hagen* p. 263, 22) 18 inde] *sc. ab accusativo 'salutem'* concisionem *MF* intercisionem *P* incisionem *P<sup>2</sup>* intercessionem *M<sup>2</sup>* abscisionem *Glos. Bern.*

licet. *Scilicet* pro scire licet. — **Quamquam** pro **quamvis** ponitur saepe; est et adversativa, ut ‘quamquam mihi inferas mortem’. Scribitur quoque prior syllaba per *n*, ne videatur duplicatus accusativus. — **Quoque** expletivum interdum copulativum est, ut:

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix;  
interdum affirmativum, ut:

Tu quoque laude potens, caelestibus inclita signis.

**Quoque** ponitur etiam pro simplici particula *que*, ut  
10 ‘dixit quoque’ pro dixitque. — **Autem** expletivum et  
subiunctivum est. — **Porro** coniunctivum est et expletivum et  
ponitur pro confirmativa specie, ut: ‘Satagis  
(i. laboras) erga plurima: porro unum est necessarium’  
i. certe. Ponitur et pro longe, ut ‘porro exul’; et  
15 quando est adverbium, ponitur pro valde, ut ‘porro  
senex’. — **Licet** expletivum pro quanquam et quamvis,  
ut ‘licet mihi mala faciat, tamen serviam illi’. — **Tamen**  
expletivum et redditivum est. — **Sin autem** expletivum  
ponitur pro sin alias vel pro sin alioquin, ut: ‘sin  
20 autem feceris, morieris’.

[87] **Da causales.** Interest hoc inter *causales* et 364,  
*rationales*, quod causalibus utimur, cum de causa agitur,  
rationalibus, cum de ratione. *Causa* est, quae nos cogit  
ad faciendum aliquid, *ratio*, qua in actione utimur. Et  
25 hoc sciendum, quia rationalibus utimur pro causalibus,  
causalibus vero pro rationalibus nunquam. Ubi autem  
ratio habetur, iam causa praecessit, sicut est: ‘Cur  
occidisti hominem?’ ‘Adulterium ergo fecit.’ Haec

§ 86. 1 Quamquam-pon.] quamquam ex duobus accusativis, quamvis ex quam et vis componitur *M²P* 6 Tu quoque . . .] *Verg. Aen. VII 1* Aeneia] *P* 7 affirmativum] etiam vel similitudinis *add. M²* 10 dixitque] quoque pro similiter et pro etiam ponitur et est copulativa coniunctio, ut ‘tu quoque’ pro etiam tu *add. M* 12 Satagis . . .] *Luc. 10, 41 sq.*

§ 87. 24 in actione] in ratione *M* in faciendo *Serv. in Don. p. 418, 20 K. (Serg. in Don. p. 516, 22 K.)* 28 Haec coniunct.] ‘ergo’ opinor

coniunctio cum sit rationalis, utimur ea in causa. *Chaos* autem principium et origo est omnium rerum. Inde *causa* dicitur origo uniuscuiusque rei. Distat autem inter causam et causativam: causa est origo videlicet IIII elementorum, quae sunt omnium corporum causa. Corpora vero sunt causativa, quae ex ipsis nascuntur. Causales ergo coniunctiones sunt, quae causam ostendunt, ut 'si dies est, lucet': causa lucis est dies. Hanc autem causam *si* coniunctio ostendit et non potest converti, ut dicas 'si lucet, dies est', quia et in nocte lucet, cum dies non sit. Similiter 'si stertit, dormit': dormitio est causa stertionis, nec potest converti, ut dicas 'si dormit, stertit'; multi enim dormiunt, qui non stertunt. *Stertere* dicimus runcare i.e. turpem sonitum de naribus emittere. — **Etsi** composita coniunctio est ab *et* copulativa et *si* causativa. — **Etiamsi** compositum est ab *etiam* affirmandi et *si*, ut 'etiamsi oportuerit me mori tecum'. — **Siquidem** compositum est ex *si* causativa et *quidem*, ut est 'occido hominem, siquidem habet aurum'. Est etiam expletivum, ut 'siquidem istud promiserat. Est quoque dubitativum, quando si per se intellegitur, ut 'squidem fecerit fructum'. [88] **Quando** interdum accipitur pro quoniam, ut:

Hic tibi, fabor enim, quando haec te cura remordet.

Interdum quando et quidem unum significant, ut 'tu quando legisti' i.e. tu quidem. Est et adverbium temporis, ut 'quando venisti' i.e. quo tempore. — **Quandoquidem** ex quando et quidem expletiva compositum est. Invenitur pro certe, ut 'quandoquidem doctus eris, si studueris'. — **Quin** ponitur pro *ut non*: 'noli omittere quin facias' i.e. ut non facias. Et quamvis plures reci-

<sup>2</sup> *chaos*] cahos *P* 5 *Corpora-nasc.* *M<sup>2</sup>PFom.* *M* 16 *etiam-si . . .*] *Math.* 26, 35

§ 88. 22 *Quando . . .*] *cf. Fest. s. v.* 24 *Hic tibi . . .*] *Verg. Aen. I* 261 25—30 *Interdum-studueris*] *ordo sententiarum denuo h. l. turbatus in M*

piat sensus, proprie tamen pro *insuper* et pro *ut non* accipitur. — **Quin etiam** interdum pro ergo, interdum pro insuper ponitur. — **Quatenus** pro *ut* ponitur, ut 'lege, quatenus non sis stultus' i.e. ut non sis. — **Sin 5 quodsi** significat: 'sin legeris, doctus eris' i.e. quodsi. Est etiam continuativum, ut 'sin stertit, dormit.' — **Seu** et **sive** idem sunt, ut Virgilius:

Seu quis Olympiacae miratur praemia palmae.

Ponuntur et pro *vel* et pro *ceu*. — **Neve** ex *ne* et *ve* particula compositum est. **Ve**, quando coniunctio est, sensum disiungit, quando vero interiectio, dolentis affectum mentis ostendit, ut 've homini!' — **Ni** pro *ne* accipitur, ut 'ni teneant' i.e. ne teneant. **Ni** et **nisi** idem est, et **nisi** compositum est ex *ni* et *si*. **Nisisi** compositum est ex *nisi* et *si*. — **Interea** ex *inter* et *ea*. — **Quamobrem** pro *ob* quam rem i.e. quapropter; *ob* enim *propter* significat, et est compositum ex tribus partibus, ex *quam* et *ob* et *rem*. — **Praesertim** i.e. praecipue, maxime. — **Ceterum** et *decetere* idem est. **Alioquin** i.e. quod si non vel aliter. **Praeterea** ex *praeter* et *ea* i.e. *praeter* ista.

[89] **Rationales** dicuntur a ratione, quia ratione in rei reddunt, ut 'habuit aurum, itaque occidit eum': haec est ratio. — **Ita** ponitur pro sic. **Itaque**, quando in antepenultima habet accentum, coniunctio est rationalis, quando vero in penultima, adverbium est similitudinis. — **Enimvero** compositum est ex enim et vero, et ponitur pro expletiva, cum sit rationalis, et habet accentum in penultima, ut Terentius:

Enimvero, Dave, nihil hic socordiae  
i.e. stultitiae. **Enimvero** interdum affirmativa reperitur. — **Quapropter** ex qua et propter. **Quoniamquidem** ex

7 Virg.] *Georg. III 49*

§ 89. 29 paenult. *M<sup>2</sup>P* antepenult. *MF* Terent.] Andr. I 3, 1 (Enim vero, Dave, nil locist segnitiae neque socordiae) 30 hic] loci est *P<sup>2</sup>*

quoniam et quidem, et significat *quia*, sicut Lucas: 'Quoniamquidem multi conati sunt'. — **Quippe** i. nimirum. **Ergo**, quando in penultima habet accentum, coniunctio est rationalis, quando vero in ultima circumflectitur, significat, *propter*, ut 'ergô illum veni' i. propter illum. **Ideo** ex *id* et *eo* pronomine componitur. **Scilicet**: scire licet; **videlicet**: videre licet. **Igitur** et **idcirco** naturales coniunctiones sunt et ideo non possunt interpretari. — Reperiuntur autem multae coniunctiones, quae non sunt hic. Quidam has duas species, causalem et rationalem, sub una specie comprehendere voluerunt. Sed Donatus noluit, quia praecedit causa, subsequitur ratio. Causa enim sine ratione, ratio vero sine causa non potest esse. Notandum quod coniunctiones pro aliis coniunctionibus positae harum, in quas transeunt, vim obtinent.

<sup>365, 5</sup> [90] **Figurae coniunctionum quot sunt?** Non componuntur IIII modis sicut aliae partes. At si aliquando compositae repertae fuerint, derivatae accipiendae sunt. — **Ordo coniunctionum** et reliqua. Ordo in hoc requiritur, quia sunt quae semper *praeponuntur* ut *ac ast*; sunt quae semper *supponuntur*, ut *que autem*; sunt quae **communes** dicuntur, quia et *praeponi* et *supponi* possunt, ut *ergo igitur*: 'Igitur perfecti sunt caeli', 'perfecti igitur sunt caeli'; 'ergo tu veni', 'tu veni ergo'. Hae duae coniunctiones frequenter in syllogismis et diffinitionibus positae modo ante modo post ponuntur.

## DE PRAEPOSITIONE.

<sup>365, 10</sup> [91] **Praepositio quid est?** et reliqua. **Praepositio**, quae graece πρόδεσις dicitur, a *praeponendo* nomen sortitur, eo quod semper *praeponatur* aliis partibus. Nam

1 sicut Lucas] sic Lucanus *M* (*Luc. Ev. I 1*). 8 natur. coniunct.] naturaliter coniuncta *M*

§ 90. 17 Figurae . . .] *hoc lemma transpositum est in M*  
19 derivatae] dirivative *PP<sup>2</sup>* derivatione *M<sup>2</sup>* in deriv. *F*

*prae pro ante* ponitur, et dicitur praepositio quasi antepositio, eo quod numquam supponitur nisi euphoniae causa: *quicum mecum tecum* et similia. Sonorius est enim dicere mecum quam cum me. Persaepe enim talis suppositio agitur, sed a maiori et nobiliore parte hoc nomen ascivit, eo quod frequentius praeponatur. Duobus modis casualibus partibus praeponitur, videlicet per appositionem, quando accusativo vel ablativo seorsum iungitur, ut 'ad patrem' vel 'de patre'; per compositionem, quando nominativo et reliquis casibus copulatur ut 'insipiens'. In casualibus vero partibus solum per compositionem iungitur, ut 'perago peragis'. Ideo Priscianus gerundiva dixit esse nomina, quia per appositionem recipiunt praepositionem, sicut 'in convertendo', 'in legendō'. Verum generalitas ostenditur in eo quod dicitur pars orationis, specialitas in eo quod dicitur: **quae praeposita aliis partibus** i.e. praelata, anteposita aliis partibus, quia et aliae partes praeponuntur aliis partibus. Proprium invenitur cum subditur: **significationem earum aut complet** i.e. auget, **aut mutat aut minuit**. Compleat, ut 'clarus—praeclarus, celsus—excelsus'; mutat i.e. in aliud sensum vertit, ut 'doctus—indoctus, sapiens—insipiens'; minuit, ut 'firmus—infirmitas, validus—invalidus, ridet—subridet'. Bene praepositio post alias partes ordinatur, quia, sicut vincula non sunt utilia, nisi primo praecedant corpora, quae vinciri possint, ita nihil valet praepositio, nisi praecedant partes, quibus praeponatur.

[92] **Praepositioni quot accident?** Unum. Quid? <sup>365, 1</sup> Casus tantum. Quot? Duo. Qui? **Accusativus et ablativus.** Si diligenter consideraveris, potius praepositionem casui, quam casum praepositioni accidere cognosces. Si enim casus non esset, nequaquam inveniretur, cui praepositio per appositionem iungeretur. Omnes enim praepositiones aut accusativo aut ablativo

§ 91. 11 incasual. F in casualibus ceteri 12 Priscian.]  
cf. § 67 sub fin. ▶

casui iunguntur, exceptis loqueleribus, quae verbis iunguntur. Sciendum, quia praepositiones per se aciduntur, in lectione autem gravantur i.e. in textu. — **Da praepositiones casus accusativi** i.e. dic, quae accusativo casui serviant. **Ad apud** et rel. Sciendum autem, quod XVIII praepositiones sunt apud Graecos, cum multo plures sunt apud Latinos. Sed quod Graeci minus habent, facit structura graecitatis et polysema significatio omnibus paene praepositionibus indita. Verbi gratia *περί* graeca praepositio varios habet sensus. Dicitur enim *περιφέρω* i.e. circumfero, *περίφρασις* i.e. circumlocutio, *περισσολογία* i.e. supervacua adiectio, *περὶ τὸ ὅρος* i.e. circa montes, *περὶ ἀρχῶν* i.e. de principiis. Similiter *πατὴ Ματθαῖον* i.e. secundum Matthaeum, cata mane i.e. iuxta mane. *Πρός* quoque diverse ponitur. Et apud nos *ad* pro *apud* ponitur, ut est illud:

Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis,  
pro 'apud Troiam'. *Apud* pro *ad* minime ponitur.

[93] Quomodo? apud villam moror.' apud stabilitatem in Dicimus enim 'ad patrem vado, Ad motionem ad locum significat, loco. Pater secundum quosdam

§ 92. 5 Sciendum . . .] quae h. l. usque ad finem huius  
